



# Aphthonij Sopistae Progymnasmata,

<https://hdl.handle.net/1874/454790>

Oct.

1

B.U.

1880



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

W. W. COOPER  
U. B. U.  
COOPER











W  
4










Litterae Graecae


W

Octavo no *451.*









# APHTHO

NII SOPISTAE PROGYNNAE

smata, Rodolpho Agricola Phrisio inter-  
prete, accuratius emendata, luculetisq;  
iuxta ac compediarijs illustrata  
commentarijs per Alardum  
Aemstelredanum.

## ALARDVS LECTORI.

**H**abes optime lector exercitationis modos quatuordecim, ad parandam orationis facultatem, ad augendamque eloquentiam cum primis necessarios, ut quos primos habuit, & diu solos prima rhetorices instructio. In quibus si te diligenter exerceas, nimirum comperies nihil esse quod ad ulla dicendi praexercitamenta pertineat, quod in hisce non sit traditum, discussum & absolutum. Proximis autem nundinis quicquid est praeterea Rodolpho Agricole uiri plane diuini lucubrationum (de quibus diuines, elegantiores ne sint an utiliores, quarumque nota, loquor, bene prolixum per nos praefationi adiectum reperies) eadem istac forma, idque apud eundem Soterem nostrum, typographorum longe diligentissimum, curabimus edendum. Fruere lector & faue.

Coloniae apud Iohannem Soterem,  
Anno à Christo nato 1552. mens  
se Ianuario.:

Cum gratia & priuilegio Imperiali ad sexennium.





# SVIDAS.

Ἀφθόνιος σοφιστὴς ἔγραψεν εἰς τὴν ἔξομόν του τὴν  
 χυμὴν προγυμνάσματα.

## ALARDI AEMSTELREDAMI TRIMETRON.

Vis eloquenter, apposite, concinniter,  
 Probabiliter, magnifice, civiliter,  
 Scite, diserte, perspicue, uelociter,  
 Graphice, polite, grauiorēq; & leuiter;  
 Vis copiose breuierq; dicere,  
 Hæc absoluta rhetorices primordia  
 Paucis, sed aptis scripta propædeumatis  
 Fac lectiues, rumines, exerceas,  
 Ad tot paranda eloquiū compendia  
 Aphthonius unus ἀφθόνιος suffecerit.

## PROGYMNASMATVM APHTHONII ELENCHVS.

1	Fabula.	2	Narratio.
3	Chria siue usus	4	Sententia.
5	Improbatio siue restructio, subuersio'ue.		
6	Confirmatio siue asseueratio.		
7	Locus cōmunis.	8	Laus.
9	Vituperatio.	10	Cōparatio.
11	Imitatio siue sermocinatio.		
12	Descriptio.	13	Thesis.
14	Legislatio siue inductio.		

# ALARDVS AEMSTELRE

DAMVS IOHANNI SOTE-  
RI S. D. P.



VVM proxinis hisce uernis nundinia  
humanissime Soter, ab typographis ali-  
quot compluris acciperem literas, eodem  
tamē aut ferē eodem exemplo cōscriptas,  
nempe de uarijs ac p̄inde aureis, nusquā  
tamē ante hac æditis Rodolphi Agricolæ  
uiri planè diuini lucubrationibus in apertum proferēdis, præ-  
loq; tandē aliquādo cōmutendis, tamē ut tuas legi literas haud  
segnius amicas ac eruditas, non existimaui me saluo iure no-  
stræ ueteris amicitie, multorūq; inter nos officiorū facere pos-  
se, ut honori tuo paruer & luculento lucro deessem. Fastiditis  
igitur magnificissimis pollicitationibus illis, quibus tantū non  
aureos montes mihi ad unū omnes pollicitabantur, tibi uni at-  
q; adeo tibi impēsas meas omneis, omneq; itē labore plusq; Her-  
culeū in hisce lucubrationibus accuratius recognoscendis, re-  
spectu ueteris sodalitiij, publicæq; cōmoditatis ergo lubens idq;  
gratis exhibuerim. Abundēq; mihi factū satis arbitrabor, modo  
quicquid est Rodolphi nostri uno uelut fasce summū duobus  
complexum tomis, quā nocissime prodeat, idq; ab officina tua  
recens quidē adornata, sed uolenti officinā cōferre officinæ, cū  
uetustissimis quibusq; hoc est, optimis (ut absit inuidia uerbo)  
haud immerito componenda. Vteris enim chartis quam potes  
optimis, nec minus laxis, marginibus spatiosioribus quā multo-  
rū sunt, & uersus inter se latiuscule distāt. Super hæc habes in-  
ter opas utriusq; linguae non uulgariter eruditos, quibus ut ni-  
hil est ingeniosus, ita & nihil laboriosus. Quid, qd̄ ipse ne mi-  
nimā quidē pagellā pateris puulgeri, nisi (quæ tua est dilige-  
tia) inter excudendū semel uerūq; castiges? Porro quid aliq; ue-  
nētur typographi, nō habeo necesse iam nunc ferre sententiæ: te  
certum scio nihil prius habere, quā uti quæstu hoc longē hōne

stissimo, primū numerose soboli: deinde, ut æque liberatis atque  
incorruptis studiosis oībus Academia Agrippinēsis, ut hoc se  
culosatis etiānū frequentibus. Ad extremū p̄spicias publicæ cō  
moduati, in cōmune promiscueq; consulas. Quo noīe uel maxi  
mas impensas te facere audio, timeo ut sustineas. Si iste que  
stus tibi commodior esse uideatur, cogitandū tamen ne diutur  
nior nō sit. Scite Plautus hoc, ut omnia: Nō potest inquit, con  
sistere quæstus, si eum sumptus ratio superet. An uerebare ne  
non putaremus te plus satis hactenus erga nos fuisse liberalem  
magnificūq; nisi Calend. Ianuarijs uice strenarū, librorum re  
cēs abs te excusorū maximum numerū nobis muneri transmie  
terere? Metuisti hominū homo liberalissime, ne non in omni ge  
nere officiorū diligentissime existimare. Timeo & ueheme  
ter equidem timeo, ut tecū paria facere liceat. Ita beneficia be  
neficijs ne perpluat, obtegis. Sedulo tamen adnitar, ut hæc tu  
ἐπιπέλοιο δῶρον nō male tibi apud me dicas, foenerasse tandē.  
Perge, inquit, perge mi Soter tui similis esse. Confido fore non  
desuturos, q̄ impedia hactenus haud illiberaliter insumpta cu  
mulatissime, si nō derepēte, certe paulatī dissoluāt, præstaturū  
bis tāto iacturā, q̄ prius abs te facta eē uideat. lepide hoc succe  
dei sub man<sup>o</sup> negotiū, si sobrie frugaliterq; (ut hoc coepisti) ac  
cures. Nihil ambigo, qn alijs tātundē frugis afferet Agricola,  
quātū tibi gloriæ. Proinde Petro Vbelio à Vormaria, Hollādo  
quidem, sed ita germane Hebræo, ut cum huius lingue peritis  
de prima laude certet, tradidimus uniuersas has Rodolphi la  
cubrations, in duos tomos, iuxta eosdem per nos utcunq; re  
dactas elenchos, eōq; ordine (si ita uidebātur) tibi fideliter ex  
cudendas. Vide ne non idem sit aliorum scopus typographo  
rum & Soteris, utilitati studiosorum plusquam unius alicuius  
aut tuæ consulito. Hac uia aut nulla præterea alia communē  
istā typographorū culpā, qua uulgo male audiūt facile præsta  
bis. Maxime uellem hos duos optime spei adolescentes, Laurē  
tium Hecmundanū Thalassicū scribam nostrū, simul & Alardū

3  
Florium Alcmarianū amanuſem meū in amicitia tuā recipere,  
atq; eos (qđ absq; molestia fiat) si qua in re opus fuerit, iu-  
uares. Gratum mihi feceris, si uxori tuæ Hildegardi, grauiſſi-  
mæ atq; optimæ ſceminæ, meis uerbis eris gratulatus. Bene u-  
lebis. Louanij, Calendis Ianuarijs.

## ELENCHVS PRIORIS TOMI LVCV

brationum Rodolphi Agricolæ Phriſii.

Rodolphi Agricolæ Phriſii, de Inuentione dialectica libri oēs  
& integri & recogniti, qui nuper quidem in publicum prodie-  
runt, ſed trunci ac mutili, nec minus item deprauati, nunc de-  
mum ad autographi exemplaris fidē per Alardū Aemſtelreda-  
mū accuratius emēdati, & additis annotationibus illustrati.

Cum præſatione Alardi Aemſtelredami ad Hermānum  
Haionem Phriſium, Cæſ. Conſ.

Alardi Aemſtelredami annotationes luculētæ iuxta ac com-  
pendiarie, in omneis Rodolphi Agricolæ Phriſii de Inuentione  
dialectica libros, quibus locos aliquot impeditiores (qui tan-  
tum habēt difficultatis atq; adeo perplexiatis, ut eos ne medi-  
ocriter quidē eruditi ſere intelligant, nedū quilibet explanat.

Cum præſatione Alardi Aemſtelredami ad Conradū Co-  
clenium, collegij Buſlidiani profeſſorem multo erudiſſimū.

Rodolphi Agricolæ Phriſii cenſura de uniuerſalibus.

Cum epiſtola ad Iohannem Viuem Valentinum per Alar-  
dum Aemſtelredamum.

## ELENCHVS POSTERIORIS TOMI.

Rodolphi Agricolæ Phriſii lucubrationes aliquot lectu di-  
gniſſimæ, in hanc uſq; diem nuſquā prius editæ, cæteraq; ei-  
dem uiri plane diuini omnia quæ extare creduntur opuscula,  
plusquam deprauatiſſime ubiq; iam olim excuſa, nunc demum  
ad autographorū exemplarium fidem per Alardum Aemſtel-  
perquiſitiuſ emendata, & additis ſcholijs illustrata.

A B CUM

Cum præfatione Alardi ad Petrum Nannium.

Aphthonij Sophistæ progymnasmata, Rodolpho Agricola Phrisio interprete, accuratius emendata, luculentisq; iuxta ac compendarijs illustrata cõmentarijs per Alardum Aemstel.

Cum præfatione Alardi ad Nicolaum Cannium & Quirinum Harlemæum.

Prisciani Casariensis præexercitamenta ex Hermogene translata, per Rodolphũ recognita, cum breui cõmodaq; Alardi explicatione.

Cũ eiusdẽ epistola ad Iacobũ Valeolætũ Middelburgẽsem.

M. Tullij Ciceronis de partitionibus Oratorijs dialogus, per Rodolphum Agricolam accuratissime recognitus, iuxta ac scholijs aliquot explanatus.

Additis aliquot in easdem auctarijs ab Alardo.

Cum præfatione eiusdem ad Sibrandũ Pompeiũ Oconẽ.

Circumstantiæ siue attributa personarum iuxta ac rerum, ad locos Rodolphi Agricolæ redacta, & exemplis aliquot adiectis explanata, autore Alardo Aemstelredamo.

Scholia in orationẽ Ciceronis pro lege Manlia, quibus potissimum enotatius explicatur id quod ad dialecticẽ attinere uidetur, idq; maxime iuxta Rodolphi Agricolæ de Inventionẽ dialecticã præcepta.

Georgij Merulæ annotationes in orationem Ciceronis pro Q. Ligario, cum auctarijs in eandem & Milonianã item per Alardum.

#### EPISTOLAE RODOLPHI.

Præfatio Alardi ad Arnoldum Madirum Louaniensem.

Epistola ad Antonium Suzatensem, hoc inuicio, Quid est suauissime,

Ad eundem, Annã matrem. Ad Rodolphum Lægium, Gaudeo. Ad Iohannem Reuchlinum Græca epistola. Ad eundem Cum Plinius meus. Ad Alexandrum Hegium, Redeunti. Ad eundem, Non facile dixerim, Ad eundem, Dolui suauissime.

Ad Ie

4.  
Ad Iacobum Barbirianum, Dedi. Ad eundem, Reddita sunt.  
Ad eundem, Quid est. Ad Iohannē Agricola, Rodolphi germanum fratrem complures epistolae. Epistola de cōgressu imperatoris Friderici & Caroli Burgundi apud Treueros.

DIALOGI Rodolpho interprete.

Mycillus siue Gallus Luciani, Rodolpho interprete, cum eiusdem praefatione ad Alexandrum Hegium.

Cum epistola Alardi ad Pompeium Oconem Phrisium.  
Axiochus Platonis graece & latine, cum alijs aliquot eodem spectantibus.

In Axiochum Platonis scholia per Alardum Aemstelr.

Cum eiusdem praefatione ad D. Henricū Vbelinum Emdensem, Decanum Bremensem.

Isocrates de regno, Rodolpho Agricola interprete.

Cum praefatione Alardi ad Adamum à Dunis Hagensem.

Parænesis ad Demonicum.

Luciani libellus de non facile credendis delationibus, interprete Rodolpho.

Cum praefatione Hermanni Haionis Phrisii Cæs. Cons. viri multo candidissimi & perinde literatissimi.

ORATIONES.

Rodolphi Agricolæ oratio dicta in studiorū ad hyemem innovatione. Cum praefatione Alardi ad Hadrianū Barlandā.

Oratio in laudem Matthiæ Richili.

Oratio gratulatoria dicta Innocentio VIII.

Oratio de natiuitate siue de immensa natalis Christi letitia.

Cum scholijs Alardi ad Nicolaum Lesdorpium Phrisium.

Fragmēta aliquot ex orationibus Demosthenis Rodolpho interprete. Cum praefatione Alardi ad Rutgerum Rescium.

CARMINA RODOLPHI.

Leto lumine. Formosa rerum. Vox resonans. Anna parens.

Cum praefatione Rodolphi ad Antonium Suzatensem. Cum praefatione Alardi ad Gerardum Bucoldium.

EPIGRAMMATA Rodolphi.

*Orat uides. Ecce dat. Postera. Tandem. Vrbs Ticini. Cras  
sequir.*

EPITAPHIA Rodolphi.

*Phoebe ueni. Ecce. Hac quicumq; Si genus. Quisquis. Nomina  
patris. Dux cui. Margareta. Prisca. Iohānes.*

*Iohānis Camerarij Dalburgij Vormatiensis episcopi Græ  
ca in mortem Rodolphi Agricole præceptoris sui incompara  
bilis epitaphia.*

*Adolphi Occonis Phrisii, Pöpeij Occonis auunculi Sigismū  
diq; regis medici, u. ri undecunq; literatissimi, aliorumq; item  
complurium, quorum eruditioni respondet integras, in mor  
tem Rodolphi epitaphia elogiāq;.*

**ALARDVS AEMSTELREDAMVS PE**  
*tro Nannio longe literatissimo & perinde diligentissi  
mo Alcmariensium gymnasiarche S. D.*



**VODPETIS** ut studiosis omni  
bus, maxime tamen nostratibus,  
tuum cōmendem auditorium, de  
ligamq; quod auditoribus tuis, ut  
hoc seculo à literis prorsus abhor  
renti sic satis frequentibus, prius  
auspicere quàm dialecticam præ  
legas Inuentionē. Vtrunq; si non  
petisses, etiam facturus eram. Ec  
quid ni facturus uero? Nam si Basilius ille magnus, uir inte  
gerrimus, ελαυνίης μοσχοιοποίας ἀναπλέων, omniumq; rerū  
copia instructissimus, nō sat habebat, τῆς ἔξωθεν κολλυμῆνους ποε  
δύσως ἐπὶ πλείον progressum esse, atq; adeo eloquētiæ fasti  
gium attigisse: ceterum ex Cappadocia omni iuuentute hinc  
inde

5  
inde cōquirebat, ut eam Libanio Sophistæ traderet in rhetoræ  
studijs exercēdam. Ac si quādo unum aut alterum albo (quod  
aiunt) ingenio præditum nactus esset, Deus bone, quā gestē-  
ente lætitia calamo scribebat: ἰδοὺ ἔσπορ ἕκαστὸν ὃ νοεῖ πρὸς δόξην.  
Qua me tandem decet esse sedulū atērga iuuentutē cum om-  
nium præsertim Hollandicam, ut primum ei sub oculos ponam  
non parum multos maxime cognitos, qui studijs suis summas  
opes, amplissimos honores, libertatem, auctoritatem, dignita-  
tēq; consequuti sunt: deinde splendidis pollicitationibus, iuxta  
ac exoticis xeniolis, alijs' que id genus illecebris captent? Nosti  
enim puerorum animos quibusdam falsis falsæ gloriolæ chry-  
sogis atq; blandimentis ad amorem studiorum inescandos. Scie  
etiam illud Horatiij:

Vt pueris olim dant crustula blandi

Doctores, elementa uelint ut discere prima.

Ad extremū, in transfennā scholarū nassamq; doctē ducā, atq;  
pedicis irretitā, ut à teneris usq; annis si deliçer instituatur. Iu-  
uenū enim i primis rationē habere couenit, ut i optimos uiros  
adolescāt. Ἐ κεραιὸν δὲ πρὸς δόξην λέγομεν τὴν ὀρθὴν τροφὴν, in-  
quit Plato. Alioqui haud temere ad frugem perueniēt. nam ut  
indulgentia parentū: sic Ἐ uoluptates lusūq; ferē non finunt  
spectatam satis alioqui indolem maturescere, uel iam maturā  
tandem ad exquisitam eruditionem peruenire, quod nusquam  
gentium minor sit honos bonis literis Ἐ eloquētiæ. Id si pœta-  
tem pueri, quibus adhuc odiosæ sunt literæ, resciscant, impen-  
dio plus oderint Ἐ præceptiōes, q̄ in omni disciplina nescio qd  
natura subamarum habent. Nec enim dulcis ulli disciplina in-  
fantie est, ut inquit Prudentius. Verum hoc molestiæ comes  
pensat utilitas: iuxtaq; quicquid sit illud tædij, nondum illece-  
bris delinxi facilius concoquunt atq; deuorant. Ad hæc decet  
Ἐ hoc quoq; prospicere me, ne peius quā hactenus fecerim,  
faciam. Equidem cum id semper nobis à multis usq; annis stu-  
dio fuerit, Ἐ omnis mea cura soleat in hoc uersari, ut boni ali-



quid efficiam in bene instituenda iuuentute, si id minus (quæ  
admodum iam nunc mihi id nō est integrum per *Συμφοροίαν*)  
ut certe literas proueham; tum id ætatis iam sumus, ut si quid  
aliud, hoc certe potissimū nostræ debeat esse functionis: quan-  
doquidem (ut id dicam uerbis Homeri) *κατὰ νόον βουλήν ἔχει, μὴ  
θῆσι, τὸ χρὴ γίγασ ἰσὶ γέροντων*. Debeo igitur quantumcunque  
possim in eo quoque laborare, ut sint opera, consilio, labore no-  
stro rhetorices studiosiores adulescētuli nostrates. Quod si sem-  
per aliās, nunc uero non iniuria multo maxime necessariū esse  
crediderim: siue quod & rhetorices & eloquentiæ studiū a ple-  
risque desertum, prorsus antiquari ac uelut obsolescere uidea-  
mus: idq; eo tempore, quo multo uehementius erat retinēdum  
& studiosius adaugendum. Nam quo indignius rem honestissi-  
mam atq; utilissimam uiolat, profanat atq; fastidiū barbarorū  
& improborum temeritas audaciāq; summo cum rei litera-  
riæ detrimento, eo studiosius & illis resistendum erit, & rei li-  
terariæ consulendum. Siue quod passim plures propemodum  
reperiuntur *καὶ δολοίκοι* quam *δυσπίστοι*. Et uereor ne breuē  
uentura sit ætas, adeoq; iam sole clarius cœpta sit exoriri, quæ  
bonæ literæ tam turpiter explodantur, quam paucis abhinc an-  
nis sese fortiter exeruerunt. Deum immortalem, quot hodieq;  
uulgo obambulant beluæ plus quam importunissime, quæ qua-  
si fatali malo se deuouisse uidentur dñs manibus, nisi bonas li-  
teras, hoc est, omnes quas ipsi non didicerunt, iam propemodū  
& extinctas funditus extinxerint & *πύκνους τῶν ὀντων* exciderint,  
atq; in his cum primis rhetorices. Nā ut huius neglectus omnē  
um bonarum disciplinarum, omniūq; elegantiorum authorum  
*πρόνοιας ὀπίσθεν* inuexu, ita metuunt futurum ut hac renata & il-  
la resflorescāt. Et iam dudum nobis extinxissent, nisi manibus  
& pedibus quotquot sunt nostræ homines turba, gnauer ob-  
struissent, atq; adeo collatis signis fortiter depugnassent. Acce-  
dit ad hoc mali etiam illud incommodi, quod artem rhetoricā  
doceat quidam, sed sic, ut si quis obmutescere cœcipiat, nihil ali-

ad discere debeat. Tantumq; illi absunt a perfectione consummatorum rhetorum, ut fundamenta eorum quæ cogitant, nondum iecerint. Qui uidentur mihi copiosius de arte quam ex arte dicere posse, præcipereq;. Minimum est enim de arte loqui, quod & hi faciunt: Sed multo maximum ex arte dicere, quod eos minime potuisse uideamus omnes. Quiq; (ut hoc uis in ποροσ Αρομῆ percurrã) ὄντως ποροσουμὸι εἰσι ῥήτορες. In quos non male fortassis quadrabit illud:

ἱκῶν ἢ Σέξτου μιλῆτος, Σέξτος δὲ σιωπῶν ῥήτωρ ἢν ἱκῶν. ὃ δὲ ῥήτωρ ῥήτορος ἱκῶν. & Ausonianū illud: Hæc Ruffi tabula est, quid uerius ipse ubi Ruffus?

In cathedra, quid agitur hoc quod & in tabula.

Quid quod ab alijs præpostero dicendi ordine, prius ad Ciceronis, aliorumq; item Ciceronianorum imitationem inuiti suspensisq; manibus adolescentes protruduntur, quam prima artis rhetoricæ præcepta uel primoribus labris degustarint? Absq; & si fortasse non male tradiderint, non tamen satis exercent, nec item periculum faciunt ut auditores specimen aliquod declamandi aliquoties tandem exhibeant, cum tamen (ut Fabius est author, & idem quoque nulli non notissimum sit) in omnibus minus soleant ualere præcepta quam experimeta. Nec exigunt progymnasmata eorum quæ tradita sunt, quod a plerisque teste Galeno dicitur, ad calculum uocare, hoc est, instare ei qui exercetur, & in hoc animaduertere ubi labatur, eaq; sola corrigere. Nec instant ijs quos exercent, donec in singulis præexercitamentis eò prouexerint, ut iam non errent. Deinde conueniebat, doctores rhetoricos ludo præfectos uarijs modis exercere discipulos, multis propositis exemplis. Sunt qui tantum præcepta tradunt, nec exercent multis propositis exemplis: qui perinde facere uidentur, ac si faber præcipiat discipulo, ut & metiatur, ut æquet, ut dirigat & circum describat, nec interim det illi cubnam quo metiatur, nec xystron quo poliat, neque regulam ad quam dirigat, neq; circinum quomo

do

do circunducat. Quid hic commemorem, quod nec adsint com-  
 mostratores artificij, ueluti solent pictores discipulis, qui non  
 docent solum, sed quod est efficacissimum, in tabula quapiam  
 insigni demonstrant, quid ex arte factum sit, quid contra. Apud  
 alios denique longiore circa prima rudimenta mora non tan-  
 tum *χρονος πλεον* coguntur, sed inani quadam profluentia lo-  
 quendi imbuuntur. In quod unum fere incidunt, qui dialecto-  
 rorum ac rhetorum præceptis, declamatorijsq; palæstris lin-  
 guam potius armant uerbis, quam pectus honestis rationibus.  
 Et tamen res sic habet, ut nisi quod quisque cito potuerit, nun-  
 quam omnino possit perdiscere. Iam uero ut ad pauca redeam  
 & mittam aliorum ineptias, afferamq; in medium id quod hu-  
 ius proprie est instituti. Non potest dici quam sit insignis arti-  
 fex Aphthonius Sophista, ut qui lectorem alliciat, inescetq; cō-  
 moda breuitate, luce, ordine, alijsq; id genus epinomis, quiq; nō  
 minore diligentia, quam fide discētis agit negotium, non id sta-  
 tim captans, ut ipse doctus appareat, sed ut lectorem doctum  
 reddat. In hisce progymnasmatibus deum immortalē, q̄ scio com-  
 pēdio, quam miro ordine, qua simplicitate rhetorices summam  
 complexus est, ceu simulacro quodam nobis deliniato? Porro au-  
 tem si eos qui præceptiones scribunt, tum demum optime scri-  
 psisse putat omnes, quum parcissime ac luculentissime eas tra-  
 diderint, sane non minimā hac in re laudem Aphthonium me-  
 ruisse contenderim. Adeo unus hic ad paranda rhetorices ru-  
 dimenta *επιβωυς* suffecerit. Habes qualis sit artifex Aphtho-  
 nius, accipe nunc qualem is quoque sit nactus interpretem.  
 Quod si iuxta diuum Hieronymum optimus sit interpres, qui  
 linguas & rem optime teneat, opinor Rodolphum Agrico-  
 lam (in quo nullius non artis aut perfecta, aut certe non du-  
 bia uestigia reperiuntur) utraque in re haud in postremis ha-  
 bendum, meritoq; omnibus Aphthonij interpretibus præfere-  
 dum, quippe qui id præsternit, quod semper in primis spectan-  
 dum est interpreti, ut sententiā bona fide uerbis quam aptissime

Argumentū  
 progymna-  
 smatum  
 Aphtho-  
 nij.

7  
mis efferat. Haecenus ad ineptos rhetorculos, ad Aphthoniū,  
ad interpretem: nunc ad id quod tuæ erat caput epistolæ. Au-  
dio equidem, & iam pridem istuc lætus audio. scholas Alcmæ-  
rianas, in quibus & nos admodum adolescentes te aliquoties  
in Herennianis rhetoricis exercuimus, frequenter iuuenes ali-  
quot omnis generis, optimæ spei, & abs te pulcherrima uiræ  
præcepta, ueræquæ dicendi uiam uelut ex oraculo petere. Sed  
hoc quoque nomine impensus mihi tuum arridet gymnasium,  
quod non riuulos cōsecteris, sed fontes, & à capite quod optes  
arcessas, unde manant omnia. Ne uiam, nisi huiusmodi sint  
Aphthonij quoque progymnasmata. Quamobrem ut gratū fa-  
ciamus iuuentuti tuæ, mitimus tibi Aphthonium hoc est, abso-  
lutissima dicēdi primordia, quibus ueteres illi Sophistæ iuxta  
ac Grammatici nondum rhetoricen capientes instruebant, ne  
scilicet sicci omnino atque aridi pueri rhetoricis traderentur,  
assumpta tamen interim à dialecticis argumentandi ratione.  
Quæ quidem prorsus omitti iam nunc uideo desidia quorum-  
dam & infantia, non enim fastidio putem. Muto itidem adole-  
scentes treis subactissimi ingenij. Tu uide probam nactus ma-  
teriam, probum te adhibeas artificem: hoc est, reddas eos οὐ-  
ρονας, μετρίους, ὑγρονοους καὶ δυνατοὺς ἰππῶν. Quando por-  
ro ex hac ποτισπόλι, rusticitatis uernacula, ubi deus ueter est  
& in diem uiuatur, & doctior adeo quæ sanctior est ille qui di-  
tior, cui nimirum oppido iure cognomen est Epidamno, κοινῶς  
non Musis addicto, plures ad te discipulos possem transmuta-  
re, nisi alia rerum facies appareat, ne suspicari quidē possum.  
Est mihi ex sorore nepotulus, ὃς μοι πύλλυχτος τριφύται βοαίης  
ἰνὶ πολλῇ: ὅταν ἕβουσι, ἕβου μέτρον ἵκοιτο, & cum in tie-  
um collegium cooptari uelim, aliosque complures ei comites (si  
qualicebit) adiungā. Tu fac, quod nihil ambigo te facturū, ut  
de te olim tui deprædicent auditores, quod est apud Homerū de  
Phœnice: Διδοσκίμενοι τόδε πάντοι, μύθωντι φητὺρ ἕμινους  
πρηντῆροῦ τι ἔργων. Vale apud ποτισπόλι. MDXXXIX.

Aphtho

APHTHONII SOPHISTAE PROGY  
MNASMATA, RODOLPHO AGRI  
cola Phrisio interprete.

FABVLA.



Abula initio poetarum fuit. Postea  
uero q̄ erudiendis pueris apta erat,  
à rhetoribus est etiam usurpata. Est  
autem fabula oratio falsa, similitudi  
nem exprimēs ueritatis. Dicta q̄; Sy  
baritica & Cilix & Cypria, ex inuētoribus nomē per  
mutans. Euicit tamen ut magis Aesopica uocaretur, &  
omnium optimas Aesopus fabulas conscripsit. Et sunt  
fabularum alię quidē rationales, morales alię, alię mi  
xtę. Rationales sunt, quibus aliquid faciēt em hominē  
effingimus. Morales, que ratione carentiū morē in  
tantur. Mixta est, in qua utrunq; rationale & irratio  
le iunguntur. Id autem cuius uel docendi causa, uel ad  
monendi fabula recēsetur, si proponas, *πρὸς μὲν τὸν*, id est  
(ut ita dixerī) *πρὸς τὸν* fabulare: si subijcias fabulę, *ὑπὸ τὸν*  
id est, subfabulare appellatur.

EXEMPLVM.

**M**edia seruebat æstas, atque lato inter arbuscula  
carmine cicadę strepebāt. Laborabant uero  
formicę, colligebantq; frumentum, quo futu  
re hyemis inopiã tolerarent. Veniente deinde hyeme  
formicę laboribus suis pascebantur, cicadis uero igna  
ua illa uoluptas est uersa in famem. Hoc pacto ij qui in  
iuuēta desugiūt laborem, in senectā egestate tabescūt.

Nar

Fabulę spe  
cies.

Subfabu  
lare.

RODOL. AGRIC. INTER.

NARRATIO.

**N**arratio est rei factæ uel tanquam factæ expositio. Diuiditur autem in poeticam, historicam & ciuilem. Poetica est quæ habet expositionem fictam. Historica, quæ uetustâ rerum commemorationem. Ciuilis est, quæ rhetores utuntur in causis. In sunt autem narrationi sex: Persona faciēs, res facta, tempus circa quod, locus in quo, modus quo pacto, causa propter quam. Quatuor uero sunt uirtutes ipsius, perspicuitas, breuitas, probabilitas & uerborum proprietates.

Narratiōis species.

Narratiōis uirtutes.

EXEMPLVM.

**S**iquisquam est qui rosæ decorem miratur, is animo mihi Veneris reputet uulnus. Amabat enim dea Adonidem, cōtra Mars ipse deam amabat. pari quæ dea Adonidis amore, quo Mars Veneris tenebatur. Flagrabat deæ desiderio deus, similis utrorūq; ardor, tametsi natura inter se ut dii homoq; differrent. Inuidens Mars Adonidi, perimere ipsum decreuit, unicū abolendi amoris remedium mortem ipsius arbitratus. Percussio demum Adonide, quum rem dea accepisset, ut succurreret festinabat. raptōq; properanter inter rosaria cursu, spinis incidit, calcēq; pedis perstrinxit. defluens autem ex uulnere sanguis, rosæ colorem in nouam faciem mutauit. Sicq; rosa quæ initio fuerat alba, in hunc quonunc aspicitur transit colorem.

Persona.  
Res.

Modus.

Locus.

Tempus.

CHRIA SIVE UTILITAS.

**C**hria, id est usus, est ex persona alicuius dicti facti uel breuis commemoratio. Vocata uero est usus, quod utilis in primis sit. Est autem usum alies.

## APHTHONII PROGYMNASM.

*us* rationalis, actiuus alius, alius mixtus. Rationalis est, qui oratione sola utile aliquid demōstrat. Quale est: Plato inquit, uirtutis ramos sudore & laboribus enasci. Actiuus, qui factum solum aliquid recenset, ut: Pythagoras interrogatus quanta esset hominum uita, primum per uidentium se prebens, subito abscondit, uitæ humane mensuram, conspectus breuitate indicās. Mixtus est, qui ex utroq; & oratione & factō constat. Quale est Diogenis illud: qui quum uidisset adolescentulum immodestius agentem, pedagogum uerberauit, subiiciens: Quid ita talia doces? Hæc uero diuisio est usus. Disponens uero ipsum his capitibus: Laudabis primū psonā, deinde explicabis usum, postea cōfirmabis: primum causa aliqua, hic ex contrario, deinceps similitudine, exemplo, testimonio ueterū, postremo epilogo breui concludes.

### EXEMPLVM.

*Lans.*

**L**audari iustum est propter egregiā doctrinā Iso-  
 cratem, qui nomen ipsius profecto studijs clarissimum dedit, quantaq; uis esset ipsorum experientia exercendoq; ostēdit. Eo sane gloriæ processit, ut potius dedisse nomen studijs suis, quam laudem ab ipsis accepisse uideatur. Quibus autem uel reges admonens, uel instituens priuatos, bene de hominum meruit uita, longum esset recensere. Verum quod de eruditione tradidit, haud ab re fuerit commemorare: Amator, inquit, eruditionis, à laboribus auspicatur, sed laboribus desinentibus in utilitatem. Quod quā uere ab eo recteq; dictum sit, uel hinc erit perspicere. Amātes enim eruditionis, à duobus eruditionis conquiruntur primum: ad quos ac

*Vsus explicatio.*

*A causa cōfirmatio.*

cedere, uersariq; apud ipsos: ut formidolosum est, ita re-  
 linquere stultissimum. Et pueri quidem nunquam metus  
 uacant, & quum ad sunt præceptores, & qui uenturos  
 expectât. Succedunt præceptoribus pædagogi duri aspe-  
 ctu, castigantes uero cædentesq; duriores. Itaq; & pœ-  
 na antè metu ipso est grauis, & metum grauius subse-  
 quitur experimentum. errataq; omnia puerorum seue-  
 rissime uindicantur, recte facta uero uelut ad ea demum  
 nati sint, exactissime exiguntur. Iam uero pædagogis  
 ipsis etiam patres sunt molestiores, in deambulationes  
 inquirentes, & uetantes egredi in publicum, forumq;  
 ipsum suspectum habentes: quod si animaduertere oport-  
 tuerit, grauius & uelut natura etatisq; obliuio coercet.  
 Verûtamen per ista quum ad uirilè etatè peruenierit pu-  
 er, cumulat uirtutibus. Qui uero ueritus ista fugerit  
 magistros, deseruerit patres, pædagogos auerset, pror-  
 sus expers eruditionis manebit. fugiēsq; metum, simul  
 cum ipso doctrinam relinquet. Hæc nimirum Isocrati  
 animum induxerunt, ut eruditionis acerbam uocaret ra-  
 dicem. Quemadmodum enim qui terram colunt, in ipsam  
 multis antè laboribus subactam semina deiiciunt, fructus  
 uero maiori comportant uoluptate: sic qui ad studia ac-  
 cinguntur, multa cura sequentem demum gloriam com-  
 prehendant. Aspice autem mihi Demosthenis uitam, qui  
 oratorum omnium laboriosissimus, omnium quoq; cla-  
 rissimus euasit. Tantum enim illi studij superabat, ut co-  
 nam natiuum capitis ornamentum detonderet, multa  
 optimum ornamentum putans uirtutem, & laboribus  
 consumpsit quæ ad uoluptates reliqui profundunt. Idcir-

Ex contra-  
rio.

Similitudo.

Exemplum



APHTHONII PROGYM.

Testimoniū  
ueterum.

co preclare hoc (ut omnia) Hesiodus ait, asperam esse ad uirtutem uiam, cacumen uero molle. eandē uero quā Isocrates sententiam. Hesiodus enim uiam uocauit, Isocrates autē dixit radicem, differentibus nominibus eandem uterq; sententiam explicantes. Respicentes ergo ad ista, laudabimus merito Isocratem, pulcherrime hæc de eruditione tradentem.

SENTENTIA.

III.  
Sententiā di-  
uisio.

**S**ententia est oratiobreui cōplexu aliquid quod adhortandum, dehortandum ue pertinet, explicans. Sententiā uero alia exhortans, alia dehortans, alia enuntians. Est item alia simplex, alia cōposita. Præterea, alia probabilis ē, alia uera, superlata alia. Exhortans sententia est, ut: Oportet amicum præsentem amare, uolentem uero, mittere. Dehortans, ut:

Turpe, quiete ducem totas deperdere noctes.

Enuntians, ut: Pecunijs opus est, sine quibus nihil eorum que necessaria sunt, recte fiet. Simplex autem, ut:

Optimum id augurium est, patriā tutarier armis. Composita, ut:

Multos esse malum reges, rex unicus esto.

Probabilis, ut:

Qualeis amicos quisq; habet, talem scias.

Vera, ut:

Expers malorum uita nulli contigit.

Superlata, ut: Infirmius nihil homine. Hoc ergo pacto sententia diuiditur. Tractabis uero ipsam eisdem capitibus, que in vsus explicatione diximus. Laudabis primum, deinde explicabis, tum confirmabis ex causa, ex

ROD. AGRIC. INTERP.

contrario, similitudine, exemplo, testimonio ueterum,  
denum breui epilogo concludes. Differt autem senten-  
tia ab usu, eo q̄ usus per sepe actiuus est, sententia uero  
semper rationalis: deinde q̄ usus semper habet additam  
personā, sententia eꝛ sine persona effertur. Theognis:  
In mare fluctuagium, ne te premat aspera egestas,  
Desili, & à celsis corruet Cyrene iugis.

EXEMPLVM.

**I**ndignum Theognidi uisum est, Poeticā uelut rem  
ineptam accusari. itaq; relictis fabularum commē-  
tis, ipse ad formandos mores uitamq; instituēdam,  
ipsam traduxit. Quon uideret enim poetas composi-  
tis fabulis uelut præclaro aliquo inuēto gaudentes, ipse  
satiatus duxit, quo modo recte uiuatur, carmine comple-  
cti. Laudandus certe ob utrūq; & quòd metri gratiam  
obseruauit, & q̄ meliorum admonens, institutionis at-  
tulit fructum. Sed huius ut alia omnia, ita hoc in primis  
merito quis laudauerit, quod de paupertate dixit, et qđ  
inquit: *Viuens in paupertate, præcipitē mittere se quo*  
*ipsam uitet, non dubitat: tanquam melius sit præmatu-*  
*re uitam relinquere, quàm solē decoris sui habere tes-*  
*tem.* Dixit quidē ille hæc, quæ rectissime ab eo dicta es-  
se constabit, si quis uerum uolet intueri. Degēs enim in  
paupertate, quum adhuc minor natus est, nequit exerce-  
ri ad uirtutem: ut uero ad uirilem peruenierit et atē, im-  
probißima faciet. legatus enī pro patria, pecunia cor-  
rumpetur, concionaturus quò spes lucri duxerit, eò fle-  
bet et orationē. Ius uero dicturus, pro largiēte pronūtiat.

Laud.

Explicatio.

Cōfirmatio  
ex causa.

Ex contra-  
rio.

## APHTHONII PROGYMN.

*timus honestissimā uirtutis attollitur: et uiri facti, cum  
 ēta splēdide administrāt, iam in pace sionprū edēdis pu  
 blice muneribus, faciēdisq; ludis prēbētes, iam in bello  
 impēsas in tolerāda militiæ onera cōferentes. At uero  
 quē admodū grauibus astricti uinculis, quo minus liberū  
 ipsis sit qđ uelint agere, uinculis prohibētur: sic in paup  
 tate degentibus obstat, quo minus exerceat libertatem  
 possint, ipsa libertas. Irum uides, qui quum Ithacensem  
 unius esset, non tamen id iuris sibi, quod reliquis ciuibus  
 erat. Verum tam molesta sibi fuit paupertas, ut nomen  
 quoq; inopia permutaret. neq; quum uero nomine uoca  
 retur, respondens Irus dicebatur, cognomenq; ex pro  
 fessione capiebat. Et quid oportet Irum dicere? Ipse qui  
 Ithaca quoq; potiebatur Ulysses, postquam domum re  
 diens paupertatem simulabat, ipsius etiam sensit ma  
 la. delusus enī & ab ancillis inebriatus est. Adeo etiā  
 species est paupertatis molesta. Præclare ergo, recteq;  
 Euripides inquit, Malum esse nihil habere, neq; pauper  
 tatē nobilitate leuari. Quomodo ergo quis satis & pro  
 dignitate laudabit Theognidem, talia tamq; graunter  
 de paupertate monentem?*

### RESTRVCTIO siue subuersio.

**V.** **R**estructio uel subuersio, qđ ἀνομοσύνη Græci uo  
 cant, est propositæ alicuius rei reprehensio. Sub  
 uertenda uero neq; manifesta ualde, neq; pror  
 sus incredibilia, sed ea quæ uelut mediæ sunt cōditionis.  
 Oportet autem quum subuertere aliquid uoles, primum  
 eos reprehendere qui dixerunt, deinde subijcere rei ex  
 positionem, postea ipsam subuertere his partibus, obsca

ROD. AGRIC. INTERPR.

Volu delictet, incredibili, impossibili, non coherente, in  
decoro, inutili. Hoc autem præexercit amētum omnium  
propemodum uim artis in se complectitur.

EXEMPLVM.

**P**oetarum coarguere ineptiā, absurdum mihi ui-  
detur, quum uel ipsi fidem sibi detrahāt, hisq; ma-  
xime præter alia, quæ de dijs tam impudenter fa-  
bulantur. Prorsus enim superuacuum uidetur, poetarū  
ullam nos habere rationem, qui deorum, quorū cura oīa  
gubernantur, nullam ipsi habeant curam. Et graue qui-  
dem uideretur, quisquis ab ipsis deorum in fabulam mis-  
sus esset. Apollinem uero quem artis suæ ducē uideri uo-  
lunt, impudentiæ suæ materiam esse, quis esset qui æquo  
animo ppeti possit? Libet ergo audire qualia de Apol-  
line & Daphne confingant: Daphne, inquit, ex ter-  
ra Ladoneq; fluuio procreata est. Hanc ob egregiam  
speciem eximiumq; oris decorē, Phoebus adamauit: cu-  
piensq; deus restinguere desiderium suum, aspernantē  
fugientemq; sequutus est, sed comprehendere nequit. Ve-  
rum terra mater, absumpta filia, florē eo quo puella no-  
mine, pro ipsa exhibuit: ipsam uero in arbustum uertit,  
cuius rami propter desiderium puella in coronam Py-  
thio Tripodi dicati sunt. Flos uero in mercedem cessit  
diuinationis. Huiusmodi quidem sunt quæ illi fabulatur,  
quæ quā sit in promptu cōsutare, hinc facile liquebit:  
Daphne ex Ladone & terra procreata est. Quis oro  
tam demēs, ut ex his quenquam nasci posse credat? Ipsa  
homo fuit: illi autem diuersam, & suā uerq; habebāt na-  
turam. Quomodo uero Ladon terra coniunctus est? an

Ab obscura

ab incredibili

APHTHONII PROGYM.

quod aquis ipsam inundat? Quin omnes ergo fluij, terra  
 re mariti dicantur, quum nullus ipsam non aquis suis ir-  
 riget? Quod si ex fluuio homo nata est, quid ni ex homi-  
 ne fluuiū quoq; nasci posse credemus? Qui minus enim  
 tales ex filijs poterūt gigni, quā ex qualibus ipsi pro-  
 dierunt? Iam quo pacto nuptias fluij terręq; nominat?  
 Sentientium enim cōiugium, terra autem fluuiusq;, sen-  
 sus sunt prorsus expertes. Ipsa uero Daphne utrum pater-  
 num sequuta genus, inter fluuios numeranda est, an  
 pater filie homo putandus? Verum esto, cōcedatur po-  
 etis nasci Daphnen ex terra & Ladone. Nata ergo pu-  
 ella, apud utrum nutrita est? Vt demus enim nasci ita  
 potuisse, ut educaretur furi tamen nō potuit. Vbi enim  
 uersata est puella? Hercule apud eum qui genuit, ecquis  
 ergo hominum uitam in fluuio ducit? Obluiscetur enim  
 nature sue pater, citiusq; submerget fluctibus quā alet.  
 Verum sub terra apud matrem habitauit. Latebat er-  
 go, nulliusq; aspectui i occulto posita patebat. Cuius au-  
 tem latebat decor, nullius animū mouere desiderio po-  
 tuit. Vis & hoc assentiamur poetis? Quomodo tādē  
 amaui deus, & impotenti affectu à natura sua degene-  
 rauit? Amor enim omnium quę humanas sollicitant men-  
 tes, molestissimus est. Impium autem uidetur, grauissi-  
 ma nature nostre dijs quoq; attribuere. Nā si omni ex  
 parte nostris teneantur in commodis, qua in re mortali-  
 bus præstabunt? Nihil autem maiorum esse quod non ex-  
 periatur, certum erit, si amore (quod omnium pessimū  
 est) torqueantur. Sed neq; diuina natura hanc ægritudi-  
 nem capit, neq; credibile est Phœbum adamasc. in se-

Ab impossibili.

Ab indece-  
ro.

quens uero puellā Phœbus, quomodo ab ea uictus est cur  
 su, deus ab homine? Viri enim mulieribus præstant, &  
 deum foemina superauit? & quæ reliquis hominibus par  
 esse non potest, ei deus cessisse credetur? Quamobrem  
 autem fugientem puellam mater excepit? An quia ma-  
 las nuptias putauit? Quomodo ergo ipsa facta est ma-  
 ter? An uero bonas credidit? Quur ergo bonum id filiae  
 inuidit? Aut ergo mater non fuit, aut malam fuisse ma-  
 trem constabit. Quid ita uero terra secū suis ipsa ope-  
 ribus dissen sit? offenditq; Phœbium, filiam auferens: rur-  
 sumq; reddita, eiusdem nominis arbore ipsum oblectās.  
 Nō debebat gratificari illi, si offendere ipsum uolebat.  
 Quare demum deus arbore illa tripodas coronauit? ar-  
 bor enim desiderij fuit merces, diuinitio uero uirtutis ē  
 indicium. Quomodo ergo deus coniunxit ea, quæ natu-  
 ra repugnāt? Quid autem ita mortalis causa fuit, finis  
 uero immortalis? Sed finis sit, neq; enim plura de poe-  
 tis dicam, ne ipsorum ineptiam longius insectando, in-  
 eandem quam in illis reprehendo uanitatem, uidear in-  
 cidisse.

Ab incohæ-  
 rēte, siue re-  
 pugnante.

Ab inutili.

Epilogus

CONFIRMATIO siue asseueratio.

Ata scene, hoc est cōfirmatio uel asseueratio, est  
 propositæ rei comprobatio. Asseueranda uero,  
 quæ neque prorsus manifesta sunt, neque omnino  
 fidem ut fieri possint, habent: sed quæ medijs quodammo-  
 do sunt generis. Oportet autem asseuerantem contrarijs  
 uti eorū, quibus restructent es utuntur. Primian enim lau-  
 det eū qui dixit quod asseuerandum est, deinde rem ex-  
 ponat, postea cōtrarijs eorū quæ diximus, comprobet

VR

## APHTHONII PROGYM.

ipsam: pro obscuro quidē manifesto, pro incredibili probabili, & possibili pro impossibili, & coherēte pro repugnante, & decēte pro indecoro, & conferēte pro inutili. Sane hęc quoq; exercitatio omnē uim artis intra se complexa est.

### EXEMPLVM.

**P**oetas quis uituperat, ipsas mihi uituperare Musas uidetur. Si enim quæcunq; canunt poete, Musis instincti profundunt, quid ni plane Musis bellum indicit, qui poetarum reprehendere conatur inuenta? Ego quidem quicquid poete dicunt, maiorem in modum laudo: potissimum uero quod ciuit Daphnen à Phœbo esse amatam. Quid rogo tandē tam procul à fide abhorrens istud habet? Daphne, inquiūt, è terra nata est et Ladone. An hoc ergo tā prorsus incredibile? Nōne rebus omnibus aqua & terra sunt origo: nonne semina rerum omnium elementa præbent? Si uero quicquid gignitur, procedit ex terra & aqua, nimirum Daphne eisdē orta est, quibus omnia, principijs Ladone & terra, genita scilicet inde, unde cuncta procreantur. Superabat autem Daphne facie reliquas omnes. Recte quidē. Quæcunque enim ex se proferunt, primo uelut natiuo proprioq; conspicua decore pulcherrima uidentur. Multa enim imitatio decoris pulcherrimis quoq; rebus tempore accedit: quæ uero nata, primum uidentia se præbent, ea uelut i quæ nullum adhuc decoris sui damnum fecere, blandissime oculos nostros morantur. Recte igitur Daphne forma præstabat, primū ex terra, præcreata. Phœbus igitur quam decore superatē omnes uideret, amo

A manifeste.

A probabili

ROD. AGRIC. INTERP.

re ipsius est captus, non iniuria. Quicquid enim in ter-  
ris est, quo res ullæ sunt conspicuæ atque admirandæ, id  
est omne à dijs ipsis tributum. Si uero bonorum omnium  
amabilis in primis est pulchritudo, quid mirum si iucun-  
dissimum deorum munus, deum quoq; habuit amatore?  
Quæ enim dij donant, ea desiderant omnes. Conabatur  
autem amans deus desiderio sui mederi. sic enim res ha-  
bet: uirtutes non sine conatu maiore comparantur, & la-  
bore opus est quisquis eas asequi uelit. Hinc ergo cona-  
batur desiderans, nec tamen desiderans comprehendit.  
Ingens enim est uirtus, nec ad extremam ipsius metant  
quisquam potest peruenire. Aut igitur amare Phœbū,  
non terram scilicet, nec deorum maiestatem uanis com-  
mentis dehonestantes, sed uirtutis ostēdentes naturam.  
Norat enim persequens Phœbus id quod sequebatur. Fu-  
giente autem puella, mater ipsam excepit. Cūctæ enim  
quæcūq; sunt mortalem sortita naturam, qualis & ipsa  
fuerat Daphne, unde orta sunt, eodem reuertuntur. idcir-  
co in terram cecidit Daphne, ex terra prognata. Acci-  
piens autem puellam mater, pro ipsa reddidit arbustū.  
Vtraque enim terræ sunt opus, & in ipsam homines re-  
conduntur, & ex ipsa arbores nascuntur. Procreatum  
autem arbustum Apollinis honori dicatum est. dij enim  
extra complexum prouidentia suæ ne arbusta quidem  
reliquerunt. Sed coronantur è natis, & primitiæ prode-  
untium è terris, ipsis sacrantur. Sed & arbor diuinatio-  
nis facta est merces. Conueniens & hoc puto. Puellare  
enim nomen continentia tribuitur, & dare responsa ex  
continentia procedit. Quoniam enim uoluptatū expers

A possibili.

A coherenti.

A decenti.

A coferenti.

Epilogum



## APHTHONII PROGYM.

puella est, uirtutibus consecratur. Neq; enim posset ea pax futurorū esse, foedis cōtaminatū uo' uirtutibus petus. Propter hæc ergo poetas ego admiror & laudo, ipsūq; ueneror carmen.

### LOCVS COMMVNIS.

VII.

**C**ommunis locus est oratio, bona aut mala quæ alicui insunt augmentās. Dictus autem est communis, quoniam communiter omnibus eis conuenit, quibus ea res de qua agitur, inest. Oratio enim in proditorem, omnibus in commune proditioni obnoxijis aptatur. Videtur autē uelut secūda orationi & cōclusioni similis. idcoq; proœmij communis locus non habet. Firgimus autem aliquid proœmij simile, exercendorum iuniorum causa. positoq; eo, subijcies primū caput ex contrario, hinc rei expositionem: non quidem tanquam doceas, nota enim res est, sed ut exasperes. Post hanc afferes comparationem, qua ex collatione id de quo agitur in maius extollas, hinc sentētiā uel mentem, caput uidelicet quod ita uocatur, exprobrans facti intentionē. deinde digressionē cōiecturali antecedentem uitam in criminum suspicionem deuocabis, post id uelut misericordie occurrendum est: tum uelut postremis exercitamenti huius locis, legitimo, iusto, utili, possibili, honesto, uenturo concludendum.

### EXEMPLVM.

**Q**uæ admodum legibus constitutum est, ipsaq; apud nos iudicia censuerunt, pendat legibus poenasis, cuius scelere nec leges fuerāt amplius pmanfuræ. Quod si præsentis absolutus iudicio æquabilior

rem

ROD. AGRIC. INTERP.

rem populo sese foret præbiturus, esset forte quod quis si  
 bi remitteret poenam. Quum uero clapsus in præsentia  
 sit longe uolentior futurus, iniustum certe fuerit futu-  
 ræ tyrannidis initium præsentis delicto cõdonari. In re-  
 liquis autem fortasse nõ magnam iudicium periculum fu-  
 erit, si quamuis nocentem impunitum patiantur elabi. Ty-  
 rannidis uero affectata si absoluat, certum est ad iu-  
 dices præcipuum pertinere discrimen, quos cum ipsis iu-  
 dicijs sublatum iri constat, potente rerum tyranno. Ex contra-  
rio,  
 demini autem mihi iudices in eius solum, quod in præ-  
 sentia est, contemplatione mentem habere defixam, uir-  
 tutis seueritatisq; maiorem nostrorum obliuio quorum iu-  
 stius erat reputare animoq; proponere sententiam, qui  
 nobis uelut maximam incomparabileq; munus rempub.  
 omni dominatione solutam reliquerunt. Optime quidem  
 illi atq; rectissime. Quando enim fortuna ipsa uarietas  
 te sua incõstante se diuersamq; hominibus præbet, pro-  
 inde mentes quoque hominum ad recte secusq; agendum  
 multiplici flexu trahuntur. Hinc inæqualitati fortunæ,  
 legum æqualitatem opposuerunt, instituerunt que rem  
 publicam, uelut unam ciuium omnium sententiam facia-  
 entes, ut fortunam nunc prementem res cuiusq; nunc ex-  
 tollentem, legum constantia æquaret. Cuius iste autem im- Expositio  
rei,  
 memor, aut contemptor potius, se electissimo secum con-  
 filio instituit, ut rempublicam deleter, taliaq; secum dis-  
 scriberet: Quorsum hoc ergo p̄ deos immortales? supra  
 omnes positus, oibus me patiar æquari? Frustraq; per-  
 mitto cumulare opes mihi fortunam, si eadem que reli-  
 qui faciam, eadem feram, & collecti pauperes iudicant

APHTHONII PROGYM.

quod pauperibus uidetur. Lex ẽ, mihiq; prefertur. quo  
 usque ergo hæc? aut quis erit his modus? Occupabo arcẽ,  
 et pessime periturus longe abigam leges, eroq; reliquis  
 ego lex potius, quàm reliqui mihi. Hæc secum ipse cogi  
 tabat, nondum uero uotorum suorum finem assequutus  
 est. obstitit enim beneuolentia deorum. Quid ergo non  
 iniquissimum est, si propter ea quæ frustra conatus est,  
 summam dijs gratiam debemus, propter eadẽ hæc hũc  
 hodie cõseruari? Sceleratus est homicida, sceleratior ta  
 men multo tyrãnus. Ille enim unũ qui squis is fuerit, peri  
 mit, hic uero totas conuellit ciuitatis fortunas. Quanto  
 ergo minus est parũ offendere, quàm occidere oẽs: tan  
 to contrã eo qui hominem occidit, grauior est tyrãnus.  
 In alijs autem reis euenit plerunq; ut tametsi grauis si  
 ma admisserint, mētem eximant delicto, animoq; defen  
 dantur. Solus autem tyrannus fidutiam non habet, ut in  
 uitum se dicere queat tantum scelus suscepisse. Nanq; si  
 inuitus tyrannidẽ aggredieretur, esset fortasse ratio ali  
 qua, huius ipsum conatus absoluere. Verum quũ ante at  
 tentatam rem, multum secum diuq; deliberauerit, quo  
 modo iustum cuiq; uidebitur culpa carere ipsum, qui an  
 te opera mente quoq; factus est tyrannus? Alij ergo qui  
 cunq; in ius uocantur, presentis solum criminis rationẽ  
 repositur: & propter prioris uitæ recte facta, plerun  
 q; presentibus ignoscitur. Solus uero iste utriusq; tem  
 poris iudicium subeat oportet. Liqueat enim immodera  
 ta præterita tulisse ipsum, quibus ad tãtum flagitij per  
 uenit. Et presentia certe præteritis longe sunt molestio  
 ra. Itaq; utrorunq; det poenas, & eorumque ante, &

Cõparatio.

Sententia.

digressio cõ  
 iecturalis.

ROD. AGRIC. INTERP.

eorum quæ præfenti sceleris conatu deliquit. Libet autem Mia occur  
 tem uidere, cuius preces præfenti ipsum discrimini sint sus.  
 exempturæ. Liberi nempe? Verum quum supplicantes  
 uobis, flētesq; illos uidebitis, putate assistere uobis leges,  
 quarum uos respectu moueri multo rectius est, quàm li-  
 berorum ipsius. Illos enim speratæ dominationis fuerat  
 relicturus heredes, leges uero q; iudicādi decernendiq;  
 de ipso potestatem habetis, præstāt. Itaq; per quas q; iu-  
 dices estis, uobis datur, pro eis iustius fuerit uos senten-  
 tiam ferre. Si enim recte leges iubēt eos qui patriam li- Legitimū.  
 berant, honoribus prosequēdos esse, relinquitur necessa-  
 rio, ut qui in seruitutem deducere ipsam conātur, punia-  
 tus. Iustum autem est, ut tantum uobis det pœnarū, quan- Iustum.  
 tum ipse sceleris admisit, proderitq; corruens tyran- Vtile.  
 nus. Statim enim legum confirmabit. expeditum autē, Possibile.  
 de ipso sumere supplicium. Neq; enim quemadmodum  
 ipse ad asserendā tyrannidem satellitibus, ita uos ad de- Honestum.  
 pellendum ipsum auxilijs opus habetis. Sed sufficet iu-  
 dices sola uestra sententia, cuius quū à republica ius po- Eucturum.  
 testatemq; acceperitis, pulcherrimum quoque erit pro  
 reipublicæ salute ipsam expiri. faciliq; cognitione to-  
 tam hanc præfentem tyrannidis potestatem auferetis.

L A V S.

**L**aus est oratio, bona alicuius enumerās. Laudan- VIII,  
 da uero sunt personæ, res, tempora, loci, ratione  
 carentia animalia & plantæ. Personæ, ut Thu-  
 cydides aut Demosthenes: res, ut iustitia aut temperan-  
 tia: tēpora, ut uer, æstas: loci, ut portus, horti: bruta ani-  
 malia, ut equus, bos: plantæ, ut uites, olea. Laudamus ue-

## APHTHONII PROGYM.

ro & cōmuniter & singulatim: Communiter ut omnes simul Athenienses: priuatim, ut Atheniensem unum aliquem. Hæc uero diuisio est laudis. Dispones autē ipsam hoc pacto primum proœmium pro qualitate rei pones. Inde subijcies genus, quod diuiditur in gētem, patriam, maiores et patres. Post id educationem explicabis, quæ institutione, arte & legibus continetur. Hinc præcipuum laudum omnium caput subdes, res gestas, quas diuides in ea quæ sunt animi, & quæ corporis sunt, & quæ fortunæ. Animi, ut quæ fortitudinis sunt, quæ prudētia. Corporis, ut decorem, uelocitatē, robur. Fortuna, potētiam, amicos, opes. Adde deinde comparationem, quæ id quod laudatur, alteri collatum tollatur in maius. Postremò epilogo qui precatiōni similior sit, concludes.

### EXEMPLVM.

**Proœmiū.**

**D**igni sunt quos laudibus prosequamur, quæ utilia uitæ tuenerunt, atque quorum industria pulcherrima rerum facta sunt locupletiora, & inuenta honesta illorum ingenijs accepta referri potest, quæ in lucem protulerunt. Merito ergo Thucydides oratione mihi celebrandus est, quæ ipsius plurimum attulit ornamentis. Omnes enim de ulla humanarum rerum parte bene meritos æquum est uenerari: Thucydide uero eo magis, quæ pulcherrimo omnium illustrando curam suam impendit. Neque enim quicquam eloquentia pulchrius. Neque Thucydide quæquam bene dicendi glorie præstantiorem inuenire est. Natus autē Thucydides eam est patriam, quæ & uitam pariter sibi & eruditionem præberet. Neque enim alio illo loco natus est, quàm unde omnis

**Genus.**

bea

RODOL. AGRIC. INTER.

benedicendi ratio profluxit. originem' q; uita sortitus  
 Athenis, reges generis habuit sui autores. Itaque ab ulti-  
 ma protinus origine, clariore maior fortuna est illustra-  
 tus. Vtraq; ergo habens, & generis amplitudinem, et ci-  
 uitatis stationem popularem, quo clarior utrimq; fieret, est  
 ab utroq; adiutus. Ne enim ad iniustas opes, potētiamq;  
 delaberetur, equalitate legū prohibitus est: ne ue in ob-  
 scura reliquæ plebis uilitate delitesceret, felicitate gene-  
 ris est consequutus. Talibus igitur procreatus, in repu-  
 blica interq; leges educatur, quæ certe optimas esse ui-  
 ta magistras, in confesso est. Inter leges autem armaq;  
 uiuere instituens, eruditioni simul atq; rei militari ope-  
 ram dare decreuit: neq; studia armis deserens, neq; ar-  
 ma (ut præcipuam prudentiæ partem) relinquēs: unoq;  
 conatu duarum diuersarumq; artiū curam habebat, cō-  
 iungens ingenio pariter ea q; natura sunt separata. Ut  
 tandem ad uirile peruenit robur, occasione quæ fuit pro-  
 ferēdis eis, quæ pulchre fuerat in ætate meditatū. Nec  
 defuit casus, bellumq; protinus est ortum, ipse' q; res ab  
 uniuersa gestas Græcia, literis cōplexus posteritati mā-  
 dauit, conseruator eorum & uelut restaurator, quæ bel-  
 lorū deleuit iniuria. Nec passus ē quod qsq; gessit, tēpo-  
 rū situ aboleri. Ex ipso ergo cognoscitur, captā eē Pla-  
 tæā, scitur Atticā esse uastatā, tenetur Atheniensium clas-  
 sibus Pelopōnesi oras esse nauigatas. Certatū est naua-  
 li pugna apud Naupactū, nō est nos Thucydides id pas-  
 sus latere. Lesbus ab Atheniē sibus est capta, id quoq; ab  
 ipso indicatur. Cum Ambraciotis pugnatum est, hoc et-  
 ne diuturnitas aboleret, effecit. Iudicium Lacedæmo-

Educatio.

Res gestæ.

## APHTHONII PROGYMNASM.

niorū nō ignoratur. Sphaacteria & Pilus ingētes Athe-  
niensium labores non latent. Concionantur Corcyraei  
Athenis, Corinthij ipsis contradicunt, Aeginates accu-  
saturi, Lacedaemonia profici scūtur. Iam uero à belli cō-  
silio Lacedaemonios Archidamus absterres, cōtra Sthe-  
nelaides ad bellum suscipiendum impellens. Ad hęc Pe-  
ricles legationem Laconicam contemnens, neq; passus  
deficere animo propter pestilentiam Athenienses. Cum  
etahęc, Thucydidis opera ingenioq; in omne æuam ab  
obliuione uindicātur. Quis autem Herodotum ipsi com-  
parauerit? Ille enim ad uoluptatem legentium scripsit,  
hic oīa ex rebus ipsis atq; ueritate deprompsit. Quan-  
to uero quod ad alienam sit gratiam, infra id ē quod sit  
ad ueritatem, tanto post se Thucydides Herodotum re-  
linquit. Erāt alia quoq; permulta, quę de Thucydide dē-  
cerentur, nisi quo minus omnia diceremus, laudiam sua-  
rum nobis obstarct multitudo.

Cōparatio.

Epilogus.

### EXEMPLVM.

Proemii

**S**apiētiam adipisci felicitatis est. Laudare autem  
pro dignitate ipsam, maius est quā ut nostris id  
uiribus assequi possimus. Tātum enim illi superat  
glorie ut commune quoddam deorum immortalium bo-  
num esse credatur. Quum enim deorū unusquisq; uelut  
descriptam officij sui tueatur partem, Iuno nuptijs præ-  
sit, bellis Mars cum Pallade, Vulcanus inter ignes fabrū-  
les suas exerceat partes, ducat nauigātes Neptunus, &  
q; alius aliud sibi uendicet, sapientiam in cōmune sibi  
asserunt oēs: præcipue uero præ omnibus Iupiter, quan-  
to reliq; maior est, tanto omnium quoq; sapientissimus  
est.

ROD. AGRIC. INTERP.

estimatur, vnaq; sapientia est, que uel maxime eter- Genus.  
 nam Ioui præstat potestatem. Et di quidem naturam ipsam  
 cognatamq; sibi habent, munere autem ipsorum in tere-  
 ras quoq; delata est: & deorum filij, hominum ipsam ge-  
 neri intulerunt. Quamobrem merito laude prosequen-  
 di mihi uidentur poetæ, qui Palamedem Nestoraq; &  
 si quis alius sapiens olim fuisse canitur, deorum fuisse fi-  
 lios tradiderunt. Non quidem illi uano commento deo-  
 rum naturam uelut permutare conati, quam ne di qui-  
 dem ipsi permutare possent, sed generis permixtione  
 communicationem indicâtes uirtutis: ut qui diuina qua-  
 dam cæteris admiratione præstarent, deorum filij cre-  
 derentur. Nec immerito illorum in deos referebant ge-  
 nus, quorum sapientia maior quam humana, originem ui-  
 debatur affirmare diuinam. Sola autem ipsa utroq; re-  
 rum statu, equas habet uires. Nam reliquarum rerum  
 alia bello solum probantur, alia laudamus in pace. Sapi-  
 entia uero præcipua est utriusque temporis moderatrix.  
 Sic in bello uersatur, tanquam prorsus artium pacis igna-  
 ra: sic pacem continet, tanquam nunquam agitata stre-  
 pitu bellorum. Denique, tam apte utriq; sese accommo-  
 dat, ut in utro horum æstimes, ei soli uideatur esse dica-  
 ta. Fert pacis temporibus leges, & omni tranquillitatis  
 utitur more, in bello uero uictoriam præbet. Neque ar-  
 mis solum superiorē facit, sed in concionibus quoq; præ-  
 stat inuictum. Itaq; & inter bellantes, et inter pacatos  
 sola præcellit, primasq; sibi uēdicat sapiētia. Sola quo-  
 que diuinitatis proxime ex primit similitudinem. Sola



## APHTHONII PROGYMN.

enim uelut deus futura prospicit. Quin ipsa quoq; ter-  
 ram agricolis attribuit, nauigantibus assignauit mare:  
 adeo non fruges colligere sine sapientia, non nauem nisi  
 sapientis gubernatoris presidio freti, ascendere aude-  
 remus. Itaq; quicquid exhibet mare, quicquid hominum  
 usibus terra profert, merito sapientie munus cuncta cen-  
 sentur. Ne coelum quidem, et si quid secretius in ipsola-  
 tet, dimisit in occulto, quantum solis se porrigit ambitus,  
 quod spatium stellarum unaqueq; circumscribit, ipsa per-  
 uestigauit. Despexit intra terras etiam: et quo pacto ui-  
 ta defuncti agemus, ipsa nobis aperuit. Troiam quam ca-  
 pere temporis diuturnitas non potuit, sapientie astus  
 subegit: et omnem Persarum potentiam, unius Cyri con-  
 siliium parauit. Cyclopius oculus erutus est prudenti Uly-  
 sis inuento. Sicq; quicquid est quo quisquam uincat, ab  
 ipsa sapientia derivat. Quis ergo ipsi fortitudinem com-  
 parasse uelit, quam quicquid uiribus fieri possit, ipsa eti-  
 am sapientia praestet? Adeoq; si ipsam fortitudini ade-  
 meris, per se fortitudo culpanda uideatur. Erantq; et  
 multa alia quae de sapientia dicerentur, nisi maiora esset,  
 quam quae possent modica oratione complecti.

Comparatio.

Epilogus.

### VITUPERATIO.

IX. **V**ituperatio est oratio, quae mala alicui insunt com-  
 plectens. Differt autem a loco communi uitu-  
 peratio, quod locus communis poenas exposcit,  
 uituperatio uero solui habet uelut nudum conuiuium. Diuidi-  
 tur autem in eadem capita quibus laus, possuntq; uitupe-  
 rari eadem omnia, quae et laudari: personae, res, tempo-

Diuisio ui-  
 tu perati-  
 onis.

RODOL. AGR. INTER.

ra, loci, bruta animalia atq; plantæ. Vituperamus uerò  
 & communiter & singulatim. Vbi uero proœmum fe-  
 ceris, adiuges genus: quod diuides eadem qua in laude ra-  
 tione: deinde educationē & res gestas & epilogum ita  
 facies, quemadmodum in laude.

EXEMPLVM.

**N**eq; uirtutem merita laude frustrari rectū est;  
 neq; iridem sine reprehensione dedecora relin-  
 qui. Quoniam si non ita fiat, id quod præcipue-  
 rum est amborum præmium, utriq; auferitur. Laudandis  
 quidem gloria recte factorum, uituperandis uero scelerum  
 turpitudine. Omneis autem male audire æquum est,  
 qui malos sese præbuerunt. Tanto magis uero omnibus  
 Philippum, q; omnes improbos longe omni scelere supe-  
 rauit. Natus enim est ex ea gente, quæ pessima est omni-  
 um barbarorū, & quæ non certis consistere sedibus po-  
 tuerit propter ignauia: sed coacta sit locum è loco per-  
 mutans, uarijs erroribus iactari. Argiui enim primum  
 ipsos finibus exturbauerunt. Hinc diu uagi, ad eam tan-  
 dem quam nunc incolunt regionem, perlati sunt. Dupli-  
 ce itaq; infelicitate implexi, & quod melioribus coacti  
 sunt cedere, & q; in imbecilliores, uiolenti iniustiq; fu-  
 eriant, nunquam tuto habitare aut uacui metu agere po-  
 tuerunt. Hac ex gente natus, uiliore adhuc pro modo or-  
 tus est urbe. Vt enim ultimi barbarorum sunt Macedo-  
 nes, ita Pella Macedoniae urbs est postrema. Ex qua ne-  
 quum mancipia quidem acceperint homines, tanti pu-  
 tant. Hac ergo progenitus patriæ, maiores habuit pa-

Proœmii;

Genus;

## APHTHONII PROGYMNASM.

tria ipsa longe magis pudendos. Philippus enim inter maiores ipsius fuit, propter generis dedecus, quo minus rerum potiretur, prohibitus. Hinc Amyntas pater ipsius, ut regnaret, alienis opibus fuit fulciendus: expulsus enim Athenienses reduxerunt. Tali igitur ortus patria, tales sortitus generis autores, apud Thebanos moratus primum obses fuit. Nec quantum media in Græcia uersaretur, mores cōiuctu mutans ad meliora deflexit, sed barbaricam semper impotētiam inter Græcam retinuit institutionem. Quam quæ sit omne humanum genus in Græcos atque barbaros diuisum, ipse uelut ex utrisque comixtus, similem improbitatem in dissimilibus gentibus exercebat. Orsus ergo primum à cognata gente, ipsam subegit uelut à perfidiarum suarum initia auspiciatus. Inde et finitimos aggressus populos, perdomuit: captisque deinde Pæonibus, Illyricos est adeptus. Triballorum quoque gentem inuadens, et quicquid præterea in proximo erat terrarum, omnia uno uelut impetu deuicit. Et corpora quidem barbarorum pugnando cepit, mentes autem corporibus nequiuit capere. Verum defectionem meditantur, quamuis armorum metu seruirent, erantque liberi animo, licet præsentis terrore premerentur. Subactis ergo finitimis barbaris, cōtinua uia Græcos inuasit. Primumque ad Thraciam positas urbes occupauit, cepitque Amphipolim, Pydnam subegit, istisque Potidæam adiunxit, neque Pheras extra Pegaeseos, neque Magnesium extra Pheras ducens. Sed cunctæ Thessalorum capiébantur urbes, et uelut generis mercedem seruitutem ferebant.

Dii

Educatio.

Res gestæ.

Dignū sane fuerit, exitū quoque ipsius recēdere, postea  
 enī quā pleraq; quæ inuasit oppresserat, subieceratq;  
 contra fœdera eos, qui fuerant fœderibus deuincti, of-  
 fensi uiolatis fœderum sacris dei, conuenientem perfidi-  
 æ suæ finem dederunt. Neque enim pugnantem atque  
 in acie, ut testes mortis suæ spectatores q; uiros fortes  
 haberet, ipsum occumbere uoluerunt: sed in medijs obru-  
 erunt uoluptatibus, cōueniens Philippi sceleribus funus  
 exhibentes ipsas uoluptates, quod docionentum intempe-  
 rantia illius, uiuomorientiq; præberet. Quis autem est  
 qui Echeto illi putet posse cōferri? Echetus enim præ-  
 scissis extremis aliquibus corporis membris, reliquū sal-  
 tem corpus relinquebat. At Philippus totos cum corpo-  
 ribus ipsis homines perimebat. Quantoq; seuius est to-  
 tum deleri hominem, quā partē aliquam auferri, tan-  
 to perniciosior est Echeto Philippus. Desinere autem à  
 sceleribus suis Philippus nesciebat, quū mihi uicto ma-  
 gnitudine scelerum suorum, necesse sit ut desinam plu-  
 ra de ipsis facere uerba.

Comparatio.

Epilogus.

COMPARATIO.

**C**omparatio est oratio, ex collatione aliquid dis- X  
 quirēs, quo id quod comparatur, in maius extol-  
 lat. Comparantur autem uel bona bonis, uel bo-  
 na malis, uel mala malis, uel magna paruis, uel parua mi-  
 noribus. Prorsusq; comparatio duplicem habet uel lau-  
 dem, uel uituperationem, uel alterutrum ex laude uitu-  
 perationeq; compositum. Est itaq; totus hic comparati-  
 onis locus acer in primis, maxime uero parua maiori-

## APHTHONII PROGYM.

*bus conferens. Comparari uero eadem oia possunt, quae laudari possunt, quaeq; uituperari: personae, res, tempora, loci, pecora atq; plantae. Non oportet autem comparantem totas res totis conferre, supinum enim est et nequaquam pugnax, sed capiti caput conferendum, quam diuidere totas, laudis sit mos, non comparationis. Comparatio aut in hoc non est posita, quando totum hoc praexercitamentum comparatio uocatur.*

### EXEMPLVM.

*Præsentia.*

*Loca.*

*Genia.*

**V**olenti mihi uirtutem cōferre uirtuti, cū Achille haud immerito componendus fuerit Hector. Sūt quidē ipsæ p se uirtutes nimirū abunde honestæ, epōarate tamen admirabiliore suidētur. Patria ergo nati sunt non eadē, laudata tamen uterq;. Ille enim in Phthia, unde Græciæ ipsius primum prodijt cognomentum: hic uero Troiæ, cuius habitatores decorū quoque primi fuerunt. Quòd si pari natum esse loco affert, aliquid ad laudē, nihil quidē hac in parte Achilli posthabendus est Hector. Nati autem uterq; præclara patria, parem quoque generis habuerunt dignitatem. Vterque enim ad Iouem originem suam in initiumq; generis sui refert. Pelei enim filius Achilles fuit, Aeaci uero Peleus, & Aeacus Iouis. Sic quoq; Hector Priami, Priamus aut Laomedontis, & Dardani Laomedon filius, Dardanus quoque Ioue prognatus est. Progenitore autem Ioue nati uterq;, reliquam quoque maiorum seriem habuerunt claritudinc æqualem. Vt enim Achilles Aeacum habuit & Peleā, quorum ille Græciam liberauit pestilentia, hic

Lapythis deuictis, ob egregiam uirtutem deæ coniugium  
 est aſſequutus. Sic Hectoris Dardanus progenitor fuit, de  
 orum primum dignus habitus cõiuictu: pater autem Pri  
 amus imperauit urbi, cuius muros ipſi quoq; dii fundae  
 runt. Quod ſi non minus eſt quàm deæ ſortitum eſſe con  
 iugia, deorum, idq; optimorum menſa conuiuioq; uſum  
 eſſe, nihil eſt quod quiſquã maiorũ gloria Hectori præ  
 ferat Achillem. Talibus autem uterque maioribus pro  
 creati, ambo ad fortitudinis ſeſe ſtudia contulere: & ille **Educatio**  
 le quidẽ à Chyrone educatus eſt, huic Priamus ipſe præ  
 ceptor uelut naturæ quadã uia, uirtutis monumẽta tra  
 debat. Par itaque ſimilisq; educatio, parẽm utrique con  
 ciliat laudem. Vt autem ad uirile peruenire robora, eodẽ  
 in bello par uterque animi uirtutiſq; ſpecimẽ præ  
 buerunt. Hector enim Troianos ducebat, ſoluſq; uelut  
 obex propugnaculumq; ciuitati datus, tuebatur ipſam:  
 ſtetitq; quã diu fauentibus diſ & auxiliariſus eſt uſus.  
 Cadens deinde, ipſam quoque Troiam poſt ſe traxit at  
 que euertit. Achilles uero Græcorũ præerat armis, ter  
 rorẽ que omnes uincibat Troianos, Palladis fulcruſ nu  
 mine atque auxiliio occumbens que ſpem uictoriæ in re  
 liquum abſtulit Græciſ. & ille quidem uictus à Pallade  
 interiit, hic autem cecidit ab Apolline conſixus: natiq;  
 ambo ex diſ, ambo quoq; deos habuere mortis autores:  
 utq; diuinitus generis initia, ita uitæ etiam exitum acce  
 pere. Qd' ſi ſimilis utrique uita fuit, ſimilisq; mors utri  
 q; abſtulit, quid eſt quo non Hector par ſit, quoq; cede  
 re debeat Achilli? Plura erant que dicerem de utriuſq; **Epilogia**

APHTHONII PROGYM.

uirtute, nisi quemadmodum his quæ dixi, ita in reliquis  
per omnia ipsorū gloria esset æqualis.

ETHOPOEIA.

XI.

**E**thopœia (id est, ut ita dicamus, imitatio) est ex-  
pressio morum personæ propositæ. Sunt aut tres  
ipsius species: idolopœia, id est conformatio: pro-  
sopopœia, id est effictio: & eo quo diximus nomine ethopœ-  
ia, id est sermocinatio. Est autem ethopœia, quæ notam  
habens personam, mores solum effingit, ut qualia face-  
ret uerba Hercules, Euristheo sibi imperante. hic notus  
quidem est Hercules, dicentis uero effingimus mores. Ido-  
lopœia est, quæ personam habet notam, sed defunctam &  
loqui non potentem, quemadmodum in *Δύμοιο* Eupolis fin-  
xit Aristides in oratione *ὕπὲρ τῆς ἀρόρας*. Unde & ido-  
lopœia uocatur. Profopopœia est, quando finguntur omnia,  
& mores & personæ, quemadmodum Menander fecit  
Argumentum. Argumentum enim nec rem, nec perso-  
nam habet propositam, unde profopopœia est dicta: fin-  
gitur enim ipsa cum moribus personæ. Diuiditur autem  
ethopœia: nanque alia affectum exprimit, alia mores,  
alia utrunq;. Ad affectum pertinet, quæ prorsus animi si-  
gnificat motum, ut: Qualia uerba Hecuba faceret Troia  
subuersa. Moralis est, quæ solos exprimit mores, ut: Quid  
diceret mediterraneus, primum conspiciatus mare? Mi-  
xta est, quæ mores habet pariter & affectum, ut: Qua-  
lia loqueretur Achilles, super occiso Patroclo de bello  
deliberans. Mores enim consilium habet, affectum uero  
amicus occisus. Tractabis ethopœiā gñe dicēdi aper-

Ethopœia.

Idolopœia.

Profopopœia.

Diuisio etho-  
pœiæ.

ROD. AGRIC. INTERP.

to, breui, florido, diſiuncto omni flexu atque figura remota. Proq; capitibus, diuides tribus ipsam tēporibus, presenti, præterito & futuro.

EXEMPLVM.

**M** Emiseram, quam aliam præ alia deslebo cala  
 mitatem? Orbat a nunc liberis, quibus antea su  
 crā insignis. Quæ copia infelici mihi ad quā  
 redacta est inopiam? Nō sum iam misera unius filij ma  
 ter, quæ antea tam multis cōspicua incedebam. At quan  
 to satius foret sterilem fuisse potius, quàm i lachrymas  
 atque luctus fœcundam. Longe enim infeliciori sunt lo  
 co hæ, quæ orbitatem suā deslent, eis quæ nūquam pepe  
 rerunt. Hoc enim quod experimentiam amoris filiorum  
 sumpserunt, destitutis postea acerbiſſimum est. Sed in  
 felicem me, quæ parem ei qui me genuit, sum experta  
 fortunam. Orta enim ex Tantalō, qui conuictu deorum  
 felix, tandem ab ea est deorū amicitia euolutus: huius  
 quoque cladibus meis approbo me esse genus. Coniuncta  
 enim sum Latonæ, per q; hæc ipsam nunc his opprimor  
 malis, et ipsius familiaritatem, filiorum orbitate de plo  
 ro. Hicq; mihi finis est cum dea coniunctus, ut in calami  
 tatibus degam. Prius nāque quàm ipsi sum cognita La  
 tonæ, felicior ipsa fui mater: ut autem sum illi notior fæ  
 cta, desolata sum liberis: quorum antea quàm me nosset  
 ipsa, insigni sui multitudine beata. Iacet ille sexus utri  
 usq; letus filiorum numerus, inopemq; me lachrymarū  
 felicitas effecit. Quò me uertam infelix? ad quæ desle  
 ctar? quod mihi ad tot desunctos liberos sufficiet sepul  
 chrū?

Præsens.

Præteritū.



APHTHONII PROGVM.

Futurum.

chrum? Miseram me, in tantis malis meis ipse quoque me deserit calamitatum mearum honor. Sed quid ista queror? certum est mihi deos orare, ut in aliam uertant me naturam. Vnum miserarum mearum uideo remedium, ut in alicuius quod sensus uideatur, sit expers, formam commuter. Sed uerereor misera, ne et sic quoque quamuis mutata, inter lachrymas agere non ceſsem.

DESCRIPTIO.

XII.

**D**escriptio est oratio, narratione id quod proprium est, diligenter uelut oculis subiiciens. Describuntur autem personae, res, tempora, loci, bruta animalia et plantae. Personae, ut Homerus:

Latus erat humeris, ore ater, crineque crispus.

Res, ut nauales pedestresque pugnae, quemadmodum historici. Tempora, ut uer aut aestatem, discernens quam multi in his se proferant flores. Loci, ut Thucydides portum Thesprotarum et aliorum dixit, id est hyemalem, uelut figura. Describentes uero personas, a summis ad ima usque ire oportebit, id est, a capite ad pedes. Res uero ab antecedentibus, et eis quae insunt ipsis, quaeque ex ipsis solent provenire. Tempora uero et loca ex eis quae ipsis continentur. Descriptionum autem aliae sunt simplices, compositae aliae. Simples, ut quae pedestres uel nauales explicant pugnas. Compositae, ut quae res pariter temporaque coniungunt, ueluti Thucydides, qui nocturnam in Sicilia pugnam describit. Simul enim et pugnam quomodo facta sit, et nocte quomodo gerebatur com-  
pre-

Diuisio de-  
scriptionum.

RODOL. AGRIC. INTER.

hendit. Oportet autem describentem dicendi figura uti  
 tenui, & multiplicibus orationem uariare schematibus,  
 prorsusq; res imitari quas describit.

EXEMPLVM.

**A**rces urbibus in publicum sunt praesidium con-  
 stitutae. Sunt enim ue'ut hostium arcet' rices, fir-  
 mantur' que nō magis ipsae urbibus, quam ipsae  
 urbes tuentur. Atheniensium autem arcem media Athe-  
 narum complectitur regio. Ea uero arx, quam urbi suae  
 posuit Alexander, ob quam causam nomen habet arcis,  
 ob id ipsum quoq; urbi additam esse, obuium est uidere.  
 Quod enim supra urbem posita, ex summo tuet ipsam,  
 rectius hoc sibi conueniet nomen, quam ea qua glorian-  
 tur Athenienses. Hanc autem sicuti se habet, ita oratio-  
 ne quoq; prosequemur. Cilius quidam medio è solo ex-  
 tollitur, ingenti in sublime spatium se proferens: hunc ar-  
 cem uocant propter utraq; haec, & q; hostes arceat, et  
 q; sit in urbis arce, id è summo, locata. Via ad ipsam du-  
 cunt duae, sed dissimiles. Hac enim uia est, illa uero pa-  
 tet ingressus. Mutatis q; proinde noibus, id ipsum quod  
 sunt, uocantur. Haec namq; parte pedibus quamuis para-  
 tus & expeditus accessus è, capaxq; curruū uia. Illi ue-  
 ro quae curribus inuia est, additae sunt scae, gradusq; su-  
 pra gradum ex inferiori in sublime deducēs. Neque pri-  
 us quam centenarium expleuerint numerum, desinēt es.  
 idemq; numeri est uiaeq; finis. Vestibulū dehinc gradus  
 excipit claustris medioeribus obfirmatū, quatuorq; sub-  
 limes & maximae columnae, quae uias omnes ad unū de-  
 du

## APHTHONII PROGYM.

ducunt ingressū: columnis his alias minores pluresq; co-  
 lumnas obtendit, quæ colore uario conspicua eximium  
 præbet loco ornatum. Tectum autem diæte in circulum  
 circumactum, ingentem multiplicemq; imaginem com-  
 plectitur rerū. Introeunti autem arcem locus offertur,  
 quatuor eisdemq; æquis lateribus diuisus: proinde quoq;  
 tota ædificij figura efficitur quadrata. Aula in medio  
 est, columnis inclusa: eam porticus excipiūt, & ea quo-  
 q; æqualibus diuise columnis, ita in medio dispositis, ut  
 neutram in partem sint nihil quicquam deflexæ. Vna  
 quæq; autem porticus ad obliquā alteram finitur, & du-  
 plex est columna ad utrāq; porticum diuisa, ut illa qui-  
 dem desinat, hæc uero rursum incipiat. Addita autē por-  
 ticibus introrsum armaria, quibus libri reconduntur, eaq;  
 semper, si cui uacet aut libeat legere aliquid, patent, to-  
 tamq; uelut urbem ad philosophiæ cultum adhortantur.  
 Alia item loca sunt ad uenerationem deorum uetustorū  
 instituta. Tectum porticum auro distinctum, uertices  
 columnarum ære fabricati, auroq; superne inclusi. Ne-  
 q; uero aula simplex ornatus est, uerum alius atque ali-  
 us: quorum hic quidem Persei cōtinet certamina, ille au-  
 tem aliud. Media autem arce columna immensa altitu-  
 dine se profert, quæ locum ipsum facit illustrem. Haud  
 enim in promptu quis quò progrediatur, habet, nisi in-  
 dicem uiarum hanc subinde respectet columnam. Quin  
 & arcem ipsam terra mari que conspicuam præstat. In  
 uertice principia rerum, prima que elementa sunt ex-  
 pressa. Prius autem quam media transeat, ædificium  
est

## ROD. AGRIC. INTER P.

est quoddam, pluribus hostijs patens, quorum cuiq; a de-  
 orum uctustorum aliquo est inditum nomen: duæ dehinc  
 pyramides lapideæ positæ, & fons profluens, Pisistrata-  
 tarum fonte haud paulo melior. Mirandum etiã id quod  
 q; spectaculum, eo q; eorum qui fabricati sunt arcæ, uel  
 ut uno tanto operi non sufficiente, numerum nominãq;  
 comprehendit, duodecimq; pariter in ipso arcis fastigio  
 conspiciuntur artifices. Descendenti autem ab arce mol-  
 lis offertur locus, stadio adsimilis: idq; ipsum loci è no-  
 men, alia item parte alius quoq; ad similia accommodus,  
 non tamen ad planam ferens. Et ornatus sane arcis pul-  
 chritudo que maior est, quàm ut paucis narrari possit.  
 Quod si quid prætermisimus, admiratione rerum in se-  
 rapientium animum, est effectum. Sed & quæ pro ma-  
 gnitudine explicari non poterant, ea relinquere satius  
 est uisum.

### THESIS.

**T**hesis, id est consultatio, est rei alicuius inuestigã XIII.  
 de per orationem disquisitio. Consultationũ au-  
 tem aliæ ciuiles sunt, aliæ cõtemplatiuæ. Ciuiles  
 sunt, quæ actionem habent ciuitati accommodatã, uelut:  
 An duenda uxor sit, an nauigandum, an muri faciendi.  
 His enim omnibus ciuitatis status continetur. Cõtempla-  
 tiuæ uero, quæ ad solã animi considerationem pertinet,  
 uidelicet: An globosum cœlum, an multi sint mûdi. Hæc  
 enim in usum hominibus non ueniunt, sed mente sola per-  
 uidentur. Differt autem consultatio ab hypothesi, id est  
 causa, q; causa definita est, consultatio uero indefinita.  
 Desi

## APHTHONII PROGVM.

**Definitio.** Definitio autē fit persona, re, causa & reliquis, ut, *mūri sint' ne faciēdi*, perquisitio est sine persona. Quod autem inuadentibus Persis Lacedæmonij consulunt muro Spartam circūdare, causa est. Personā enim habet, Lacedæmonios deliberantes: rem, murum Spartaē addere: causam uero, inuadentes Persas. Prima autem omnium præexercitamentorum cōsultatio contradictionem & solutionem uelut quæstio capit. Diuiditur thesis primū eo quod uocam<sup>9</sup> aggressum, quem proœmij loco ponet: hinc finalibus utēris capitibus, legitimo, iusto, utili & possibili.

**Diuisio the-  
seos.**

### EXEMPLVM.

**Proœmiū.**

**S**I quisquam omnia pariter laudare uolet, is mihi matrimonium laudet. Demission enim ex caelo est. Ipsumq; rursus coelum deis impleuit, eosq; procreauit, quorum munere paternum hominibus tribuitur nomen: eisdemq; quos progeniuit, dedit rerum naturam tuendam. In terras autem acceptam, reliquis omnibus originem dedit: quæq; singula natura sua fluxa caëuicæq; erant, ea stabiliuit posteritate, eternitatemq; ipsis successione adinuicem. Primum autem maxime ad fortitudinem subeundaq; constanter pericula homines impellit. Quoniam enim uxores liberosq; defendit, pro quibus suscipiuntur bella, certum est eo quo ad sumenda arma hortatur, eo quoq; ut erecti bellorum euentus subeamus. Quin iustos etiam, nedū fortes homines efficit. Cognationum enim necessitudines iuraq; tribuit, quoru respectu metusq; ab inferenda iniuria homines coeret, itaq;

iustis

ROD. AGRIC. INTERP.

iustitiam simul docet cum fortitudine. Sed & sapientes  
facit, quippe quibus charissimorum pignorum miscit pro  
uidentiā atq; curam. quæq; maxime quis miretur, ipsam  
temperantiam secum affert matrimonium, & in medi  
is uoluptatibus modestiæ quoque inuenit locum. Legens  
enim libidinis prescribens, temperatiæ sine uolupta  
tes coerces. Quæq; ipsa per se accusatur uoluptas, eam  
matrimonio coniunctam laudamus. Si ergo matrimoni  
um deos dedit, & procreando posteritatem omnem fir  
mat, si fortes item iustosq; facit, & sapientes præstat &  
temperantes, quis est qui non pro uirili quatenus possit,  
ipsum sibi putabit esse laudandum? Sane, inquit, sed ca  
lamitatum multarum matrimonium est causa. Fortunam  
mihi uideris, non matrimonium accusare. Quæ enim ad  
uersa hominibus accidunt, eorum fortuna est causa, non  
matrimonium. At contra, quæ leta matrimonium tribu  
it, ea certe nequaquam fortunæ accepta possunt referri.  
Rectius ergo est matrimonij bona laudare, quam accu  
sare mala quæ ex ipsa afferuntur fortuna. Iam uero si quis  
maxime humanorum casuum aduersa uolet matrimo  
nio assignare, nihilo tamē idcirco magis fugendum erit.  
Num si quæ reliquis in rebus nos offendunt, ea continua  
nos ab ipsarum cura deterrebunt? Agedum singulas ex  
cutiamus artes: omnes habent aliquid quod quis accuset.  
Agricolæ procellis infestantur, granime excutuntur,  
non tamē si quos tempestas offendit, ideo statim agros  
relinquunt, sed perseverant colere. Neque nautæ si quid ex  
cælo accidit ipsis, continuo post tempestatem dissonant

Contradi  
ctio.  
Solutio.

APHTHONII PROGYM.

naues, cessantq; nauigare deinceps metu eoriam que per-  
tulerunt: uerū difficultates fortune tribuentes, ad opes  
quas mari parauerūt, reuertunt. Bella etiā pugnāq; mi-  
litātium absument uitam: non quia occumbunt aliqui, id  
circo deserunt militiam: sed quia pugnantes ob fortitu-  
dinē laudantur, hoc ipso etiā q; ceciderunt gaudent, &  
instatem fortunæ asperitatem præsenti gloriæ bono re-  
pendunt. Neque enim propter mala, meliora fugienda  
sunt, sed bonorum causa & asperissima perferenda. Non-  
ne ergo absurdum est, agricolas, nautas item & milites  
difficultates meliorum gratia tolerare, matrimonium  
uero nobis auersandum putare, quia habeat aliquid quod  
offendat? Sane inquit, sed uiduitatē mulieribus, puerisq;  
orbitatem affert. Mortis hæc mala sunt, hæc q; nobis dif-  
ficultatem circundedit natura, quam tu quidem accusa-  
re mihi uideris, q; nō hoies effecit ut di esset: accusareq;  
matrimonium, q; non dis mortales coniunxit. Quid in-  
simulas matrimonium eorum, quorum est apud mortem  
causa? Quur nuptiarū dices, quod ipsius est naturæ? Pa-  
tere perire eum qui natus est, quocumque tandem pereat  
modo. Quid si occidunt homines quia nati sunt, eadēq;  
uia coniugem uiduam relinquunt, natosq; ex se filios fa-  
ciunt pupillos? Quid hæc matrimonij dices culpa fieri,  
quæ solum ab ipsa fiunt naturæ? At ego econtrario orbi-  
tatem uiduitatemq; puto matrimonio resarciri. Mortu-  
us est illi pater, eoq; nomine pupillus est, reddit rursus  
alium sibi matrimonium patrem. Itaq; hoc malum non  
ex matrimonio pdit, sed matrimonio occultatur. fit q;

Contradi-  
ctio.  
Solutio.

ROD. AGRIC. INTER P.

matrimonium non causa orbitatis, sed abscondit potius ipsam & restaurat. Sic uiduitatem quoque quam obitu mariti attulit natura, matrimonium nouis iterum nuptijs inmutat. Quam enim mors reliquit uiduam, hanc rursus matrimonium uiro coniungit: atque uelut conseruator muneris sui, ea quae dedit initio, ablata quoque restituit. Auferre ergo uiduitatem solet matrimonium, non facere. Pater quoque morte liberis orbat, rursusque alios matrimonio asequitur: fitque secundo matrimonij munere pater, cui id quod semel iam habuerat paternum nomen, erat ablatum. Quid ergo matrimonij bona in crimen ipsius conuertis? Videris mihi non arguere, sed laudare nuptias uelle. Quando enim enumerare nuptiarum bona cogis, laudator matrimonij factus es potius quam reprehensor. Vituperansque matrimonium, ut recensamus laudes ipsius adducis, causamque praebes muneris sui recognoscendi nobis, eo ipso quod criminata tua refutamus. Esto, inquit, sed laboriosa tamen res est matrimonium. Verum, sed labores quoque matrimonium soluit, & auferuntur pro nuptias, quaecumque exercitos homines reddunt. Facilis quidem res est, cum muliere sociari: quantulum autem uirum in thalamo uxori coniungere? Iam quam in promptu speratur puer, speratusque se profert, & in lucem prodiens, mox patrem appellat. Addicitur deinde arti alicui discende, patrisque fit laborum particeps. In concionibus exinde uersatur, pasciturque in senecta patris: & prorsus in quodcumque res ipsa poposcerit, aptum se expeditumque praebet. Ad cononem est oratione recensere,

Contradi-  
ctio  
Solutio.

Epilogus.

d  
quam



## APHTHONII PROGYMNASM.

Quantam matrimonium afferat bona. Ingens ergo res est matrimonium, & deos procreans, & mortalibus ut di esse uideantur, successione præstans. Docet q; operatos sibi fortia atque iusta, simul que prudentiam & temperantiam, quin & reprehensas alioqui uoluptates honestas facit. Idcirco plurimi faciendum esse matrimoniū inter omnia facile constat.

### LEGISLATIO.

**SCIII.**

**L**Egis quoq; inductionem quidā exercitamentum esse putauerunt. Est enim propemodum tota causa, non tamē omnia quæ in causa sunt, intra se cōtinens. Affert personam quidem, sed incertam & non omnibus notam. Vnde & in cōsultationis magis est parte quā causa. Quatenus enim figurā in se habet personæ, superat consultationem: quia tum prorsus definitionem non habet, idcirco citra causam substitit. Est autē duplex legis inductio, confirmatio posita legis atq; confirmatio. Lex autem est inuentum deorum, communis cōstitutio ciuitatis, correctio utrinq; errorū. Diuisio autem inducēdæ legis est ista: Tractabis eam capitibus eiusdē, quibus negotiale legitimo, iusto, utili, possibili. Proximum facies, postq; proximum subijcies contrarium, hinc capitibus prædictis uteris. Vnde & hoc exercitamentum à causa differt.

Diuisio legis.  
gii.

### EXEMPLVM.

Proximum.

**N**Ec mihi uidetur p omnia lex ista laudanda: nec rursus ea quæ scripta, prorsus reprehendenda crediderim. Quod enim pœnam adulterijs de-

cernit, laudo plane: quòd uero iudicium sententiã non expectat, culpandum certe uidetur. Si nanque largitionis metu, ne qua iudices corrumpãtur, iudicia praeuenit, suspicax nimirum est & iniqua nimium erga iudices mentis: si uero iusta iudicare uos, quemadmodum facitis certe, uos arbitratur, iniquum esse constat, si lex iudices quidem laudet, tollat autem iudicandi potestatem. Aliæ sane leges, quaecumq; demum eæ sunt, & quacumq; ratione perlatæ, discrepant forte ab alienæ ciuitatis legibus, sed & alterius rursus legibus conueniunt. Hæc autem sola lex omnibus simul repugnat ciuitatum institutis. Vide mihi autem mihi multo rectius de hac lege cognituri, si omnia recenseatis consulta uestra atque decreta. Duces bellorum, sacerdotia, plebiscita, omniaq; adeo quæ circa rem militarem pertinet, iudicium subeunt diligentiam. Fitq; dux ille quem iudex constituit, sacrificat qui iudici uidetur, iustianq; decretum est quod populi sententia perrogatum est. Victores quoq; præmia non accipiunt bellorum, nisi iudicata. Quomodo ergo non absurdum est, omnia iudiciorum arbitrium expectare, solã uero præsentem legem iudicium subterfugere cognitionem? Quid autem? sic ariorum an non longe grauius scelus? quid proditores sicarijs? quid itẽ sacrilegos proditoribus, an minus uidelicet credemus nocetes? Attamen quis deprehensus iudicium sententiã experitur: neq; proditor poenas dat, nisi decernente iudice. Neq; perimitur sicarius, nisi eo qui accusat, coarguente delictum. Neque qui numibus dicata præriperunt, puniuntur, antequam iudex

Contra. 17.

ROD. AGRIC. INTERP.

admissum cognouerit scelus. Nōne ergo iniquū est ma-  
 iora iudicium uindictæ reseruari, neque quicquam eorū  
 criminis loco, nisi iudici liqueat, estimari, solum autem  
 adulterū perire sine disquisitione, de quo maxime omni-  
 um cognosci oportebat, quanto rarius id contingere ui-  
 demus? Et quid refert, inquit, occidam adulterum, an iu-  
 dicibus tradam, si utraq; uia morte pœnas luet? Hoc in-  
 terest scilicet, quod inter tyrānum atq; leges, quodq; in-  
 ter rempublicam & regnum. Tyranni enim est promi-  
 scue quemcunq; libitum fuerit occidere, legum uero nō  
 nisi cum qui ante sit iudicio cōductus. Hocq; uel hinc ma-  
 xime liquet, quod quæcunque populus ante concionibus  
 perquisierit, de eo postea iudicio cognoscitur. At leges  
 ea quæ incerta sunt, puniunt tanquam deprehensa. Po-  
 pulus item disceptatione omnia atq; contentione dispo-  
 nit, quo sint explicatiora oīa. Contra uero solus est pro  
 omnibus, qui imperare et tyrannidem gerere decreuit.  
 Quid ergo? multum ne intererit occidere adulterum,  
 & iudicium sententijs puniendum tradere? Ad hæc quo-  
 que, qui per se adulterū occidit, sci ipsum arbitrium pœ-  
 næ admissi sceleris facit; q; uero iudicibus tradit ipsum,  
 penes illos uult esse potestātē iusq; animaduertendi. Ne  
 minem autem dubitare crediderim, quin æquius sit eius  
 qui accusatur, arbitrium esse apud iudicem, quam apud  
 accusatorē. Quimetia q; suo arbitratu adulterum occi-  
 dit, alterius rei gratia occidere ipsum, aduersum se su-  
 spicionem relinquit. At qui iudicio exhibet, solum iusta  
 scētari, præsentisq; sceleris dolorē uidebitur ulcisci. Est,  
 in

Contradi-  
 ctio.  
 Solutio.

inquit, sed grauiores dabit pœnas subito peremptus. *Contradi-*  
 oqui enim medium ad iudiciũ usque uitæ lucrabitur tem- *ctio.*  
 pus. At contra porro habebit, si iudicetur. Acerbissime *Solutio.*  
 enim iudicio destinatus deget. Ipsa enĩ expectatio ma-  
 li, malo fere est magis acerba. Supplicium deinde repe-  
 titio pœnæ cumulusq; uidebitur: morieturq; sæpe, qui iã  
 pro mortuo habitus est, expectationemq; habebit exitu  
 durior em. Occisus autem de improviso adulter, non do-  
 let, sensumq; mortis pœnæ celeritas aufert. insensibilis  
 enim exitus, qui antequam expectetur contingit: diuue-  
 ro expectatus ut semel solum fiat, exaggerat tamen me-  
 tus diuturnitate tormenta. Age uero, si libet, considera  
 hæc, conferq; inuicem: ille per se ipsum occidit adulte-  
 rũ, nullũq; facit ultionis suæ testẽ: alius iudicibus tradit,  
 multosq; adhibet supplicio spectatores. Acerbior haud  
 dubie ultionis modus, quicumque oculis est plurium subie-  
 ctus. Et optabilius alioqui adulteris, utcumque fuerit, oc-  
 culte perire, opinionem apud plerosque relicturis, ini-  
 micitiarum causa esse occisos. Conuictio autem apud iu-  
 dices crimine, indubitata iam reus & nullis interpre-  
 tationibus expositam sustinet pœnam, et præter occul-  
 tam illam mortem, apertam exploratamq; iudicium co-  
 gnitionem. At grauis est adulter, omniaq; scelerũ ma-  
 gnitudinem supergressus: coarguatur ergo prius, hinc  
 occidatur: iudiceturq; potius, quam pœnas ante cogniti-  
 onem incerto crimine pendat. Quæ admodum enim sub-  
 lati adulteri, certior em facient procreationem, neque  
 quisquam cuius sit filius deinceps dubitabit, ubi paterni

## APHTHONII PROGVM.

nominis insidie adulteria fuerint adempta. Itaque quæ sit adulteriū publica quædam rcrum natura iniuria, publica quoque sententia plectatur. Vereor enim ne adulter secreto occisus, multos post se alios relinquat. Quando enim nesciunt reliqui quare perierit, improbe facta nihilominus æmulabuntur: atque hoc ipsum quod punitus est, timeo ut non finis sit, sed initium futurum malorū.

FINIS.

### CENSURA IN APHTHONII PROGVM mnaſmatum elenchon per Alardum Aemſtelredanum.

Deliberati- ui sunt ge- neris	Facula Historia Vtilitas siue Chris- Sententia Thesis.
Iudicialis sunt generis	Improbatio Comprobatio Locus communis.
Demonstrati- ui sunt generis	Laus Vituperatio Imitatio Comparatio.

### IOHANNES SOTER ALARDO

Aemſtelredamo S. D.

**V**ide quid licentie mihi tua humanitas det, uel potius audaciæ. Siquidẽ cū ob tua in me merita quiduis potius quam tecum paria facere liceret, id quod unū de-  
mum licuit, haud in postremis habuimus: hoc est, sedulo semper amplius bienniū admisus sum honestis tuis obsequi desiderijs de Rodolpho Agricola uiro plane diuino, nostrū typis eleganter

excusando uel quod subactissimo eius ingenio mire delectarer,  
 uel quod receditissimam in eo eruditione subodorarer, uel quod  
 editione optimi huius autoris existimarem etiam ad meum, li-  
 cet exiguū, tamē aliquem honorē redūdare. Proinde doleo mi-  
 hi non fuisse hactenus integrū tibi obtēperare. Delegimus igi-  
 tur extranmissis ad nos Rodolphi lucubrationibus Aphithonē  
 um, ante annos complures à nobis Græce excusum, adiecta Io-  
 hannis Catanei interpretatiōe, quæ exemplaria domi nostræ  
 plus trecētis adhuc asseruamus. Huic igitur libello eleganti cū  
 primis ac longe utilissimo, exiguo quidē, sed cui paucos in uti-  
 litate anteponas, quo minus & cōmentaria tua minime uulga-  
 ria, p̄inde ac in ipso statim opis frontispicio pollicemur adieci-  
 mus, hæc in causa fuisse tibi psuadeas uelim: Primū quod ma-  
 le metuimus simios aliquot astute malos, & male astutos in ali-  
 ena industria emulāda, nulli non formidabiles: deinde, qđ de-  
 creuimus (ut in ueteri est prouerbio) in dolio figulinā facere:  
 præterea, qđ interim cupere p̄quisitius inuestigare, ecqđ præ-  
 terea Rodolphi extra te proditū usquā delitesceret, unde nōnē  
 bil fieri posset accessionis. In hūc enim usum catalogon adieci-  
 mus, ut cādide impartiretur nobis, si quis quid præter studio  
 tuo editū Rodolphi haberet, quo oīa eius uiri monumenta uno  
 fascē cōplecteremur, ut ne nouis subinde appēdicibus onerāre-  
 mus emptores Postremo, qđ proximis nūdinis (si ita Christo  
 nolēti erit) quicquid in catalogo recēsusisti, impēs nostris aut  
 certe alienis edemus, uisum est nobis esse in rem studiosorū, utē  
 cōmentaria tātis per extraheremus atq; supprimeremus, dum se-  
 mul ea cū alijs tuis excudamus annotationibus. Vide rursum, qđ  
 nō roformidē lectorē: uide quid mihi sumā, uide deniq; quantā  
 lux admonitionis & libertatis mihi ad te scribēti oriatur. Sup-  
 uacaneū esset hoc adycere epistolū, nisi hoc seculo liuide fasti-  
 dioso & fastidioso liuido, nihil nō arroderet calūnia, & metus  
 esset ne cōmentitij titulis lectori diceremur imposuisse, puden-  
 do quidē mendacio, sed quo uix aliud apud quosdā nostræ tur-  
 bæ receptius. Censuram tuam in eleanchon Aphithonij, per incu-  
 riā

riam omiffam, calci curauimus adijciendam. Præter reliquas Rodolphi lucubrations, & alia quædam non profus spernenda, partim aliena, partim tua sunt mihi exhibitâ, à quorū editiōe ut Harpyias deterream, & aliorū catalogo subiunximus, & quibus optima quæq; delecta, ubi commodū uidebitur, quàm ocysfime in apertum proferemus. Bene uale. Colonie ex officina nostra. VI. Calendas Februarias.

In D. Aurelij Augustini Hipponensis episcopi de doctrina Christiana libros quatuor annotationes, quibus quicquid hisce libris ab Augustino prodiit est obscurius ac strictius, & alijs eiusdem sententijs, & adductis non parum multis aliorum quoque maxime ueterum eodem spectantium testimonijs, dilucidius atque fusius explanatur per Alardum Aemstelredam.

Cum præfatione Alardi Aemstelredami ad reuerendum in Christo patrem ac D. D. Guielmum Goesium Hagensem, regie apud Hollandiam Hæcmondæ abbatem, singularem suum Mecœnatem.

Marbodæi Galli de lapidibus pretiosis elegans cum primis ac longe utilissimum cum ad rei medicæ, tum ad diuinæ scripturæ cognitionem opusculum accurate recognitum, & scholijs additis enarratum per Alardum, adiectis in calce ueteribus aliquot scriptoribus nō minus sacris quàm profanis, etiam ad lapidum quorum frequens est mentio & in arcanis literis, cognitionem plurimum adlaturis adiumentis, nusquam antehac excusis, eodem autore.

Eiusdem præfatio ad D. Georgium Hæcmondensem comitē, D. de Baer, de Hoechuouda, Spaenbroec &c. d. Amādi apud Tornacum administratorem multo integerrimum.

Victorini martyris Pictauiensis episcopi commentarius in Apocalypsim Iohannis, cognitu dignissimus, nunc primū Alardi studio editus. Cum eiusdem epistola scholijsq; ad D. Hieronymum Ruffault. D. Vedasti apud Atrebatum abbatem meritisissimum.

Fræ

26

Fragmentum prioris expositionis D. Hieronymi in Genealogiam Iesu Christi, ac nominum quæ in eadem recensentur.

Cum præfatione Alardi ad Nicolaum Di. stensem, sacre theologie licentiatum.

Petri Longobardi cognomento Magistri Sententiarum, perspicacissimi diuinæ mentis interpretis, conciones aliquot sacre & insigniter eruditæ, in quibus (id quod in alijs omnibus, aut fere omnibus id genus sermonibus intotum desideres) nihil asseuerat, quod non idem scripturæ testimonio confirmet, nihilq; adducit, cui non insignis aliqua ueteris testamenti figura, iuxta ac paradigma seu exemplum respondeant.

Cum præfatione Alardi ad M. Hermannum à Gauda, sacre theologie professore, deiparæ uirginis Mariæ apud Traiectum Decanum meritissimum, utrum undecunq; lucratissimum, multoq; modestissimum.

Absolutissima rhetoricæ artis præcepta, siue summa totius oratoriæ facultatis, interprete Bessarione Cardinali Nicæna & patriarcha Constantinopolitano.

Cum præfatione Alardi ad Rutgerum Rescium, publicum collegij trilinguis apud Louanium professorem Græcum.

In aureolos plane D. Erasmi Roterodami de uerborum rerumq; copia commentarios, luculenta iuxta ac compendiariè per Alardum Aemstelredamum scholia siue ἀναλύματα.

Cum epistola ad Theodoricum Catharum Aemstelredamum.

Hippocratis Coi epistola cum primis erudita, iuxta ac salutaris, in qua primum subindicat, ob atram bilem redundantem in corpore, morbos & egrotationesq; omnes aut fere omnes nasci. Deinde compendio perstringit, eequid sit illud quod homines ignauos & prorsus ex stultis insanos faciat. Præterea mira quadam hypotypose sub oculos ponit Democritum, atque adeo omnes, qui uel ingenio uel studio philosophiæ, uel i administranda repub. uel in alijs artibus excelluerunt, atræ bili obnoxios fuisse. Ad extremum ostendit, quæ nã sit causa, cur Democritus Abderites Physicus plerq; omnia omnium studia in



epre stulta, planēq; deridicula, adeoq; summæ insanie, & dicat & sentiat esse damnanda, interprete Alardo Aemstelr.

Cum præfatione Alardi ad Iohannem Teyng Ceratinum, celebratissimæ ciuitatis Aemstel, medicum multo exptissimū.

Sylua carminū siue lusus & tyrocinia per eundem.

Epitaphiū Iacobi Ceratini, in gratiā Ioh. Soteris conscriptū.

Paradigmata scripturæ sacræ per eundem.

Parascæue ad sacrosanctam synaxin, seu præparatio ad augustissimi eucharistiæ sacramenti perceptionem, simul ex utriusq; testamenti libris, simul ex absolutissimis quibusq; scripturæ sacræ interpretibus, usq; per uetustis pariter & orthodoxis accuratius concinnata per Alardum Aemstelredamum.

Eiusdem panegyricon ad inuictissimum Cæsarem Carolum V. Imperatorem semper August. Paracelsus per eundem.

Piæ preces in passionē Iesu Christi p Cornelium Crocū.

Epistola Cornelij Croci Aemstelredami, solidis noui potissimum instrumenti testimonijs luculenter euincens, uerissimā esse diui Iacobi de fide & operibus sententiā: quā scioli quidā heri nati & hodie loquētes, impudēter cōuellere aggressi sunt. Erudita cū primis iuxta ac salutaris uita Iesu Christi oratio

De ecclesiæ catholice sacrosanctæ autoritate.

An sancti uia defuncti, uotis fidelium sint inuocandi.

Altercatio orthodoxi & aduersarij de non conuellenda patrum autoritate, per Cornelium Crocum.

Thalia triumphas, siue farrago sordidorū uerborū Latine ex politorū, præter nouā nec poenitendā accessionē nusquā antehac excusam, recisis etiā stolonibus adulterinis, mendisq; sublatiis, accuratius iam tandē repurgata, per Cornelium Crocum Aemstelredamum.

ALARDVS AEMSTELREDAMVS IACOBO MEYSTRO, HARLEMENSI S. D.

**M**erito te amo charissime Iacobe, ut qui concreditam tibi Hollandiæ nostræ Phrisiæq; iuuetutem tam fideliter instituas, nec eam de fece (quod aiunt) hau

vire patiare, uulguſq; lueratorum minime ſequare. Fere fit ho-  
 bicq; ut bona pars iſtorum qui prouiciunt ampullas et ſesquipe-  
 alia uerba, non ſatis probe iactant fundamenta, in poſtremisq;  
 ea habeant, aut certe abũde ſatis ab alijs iacta ſibi perſuadeat.  
 Omnium enim artium ſicut arborum altitudo nos delectat, ra-  
 dices ſtirpesq; non item, ſed eſſe illa ſine hiſ non poteſt. Pru-  
 detur igitur hoc, ut alia facis: quippe qui inde fatigabili affidu-  
 itate in rudimentis diligenter inculcandis perſeueras, ac ſine  
 fine eadem aut fere eadem pueris inculcas, ut aliquando tam-  
 dem hæreant, memoriæq; penitus affigat. Proinde ſi quos nũc  
 plane rudes inſtitui in primis utriuſq; linguæ προνομιώνων  
 ſi uelim, an cuiquam potius quam tibi uni, atque adeo tibi tra-  
 dam, affiduo uno opere eandem incudem dieſq; nocteſq; tun-  
 denti? Ut maximi quiq; medici minores quoq; morbos optime  
 ſanant, ita doctiſſimi præceptores & minima optime docent,  
 Deinde, ut maxime crepent, & cõmenter quidem crepent la-  
 berioſos illos ſuos canones inſtitutionis grammaticæ, dicẽdũq;  
 progymnaſmata, tamen ſi ingenue uelint uerum fateri, dicent  
 permulta quibus puerorũ ingenia onerant, adeoq; enecant, nõ  
 magni ſane momenti eſſe, ſed ideo docere illa quæq;, quia didi-  
 cerint illa, & quia doceant omnes. At quãto præſtiterũt accu-  
 ratius obſeruaffe, qd̄ in Arte præcipit & Horatius, iuuetũs q;  
 Herlemeorũ te præceptore haud ſegnius erudita ac proba, do-  
 cumento eſt, te quoq; non omnino peſſime præceptum illud eiſ  
 annum ſequi. Publica, inquit, materies priuati iuris erit. Qd̄  
 cum in omnibus omnium artium rudimentis compendiolo tra-  
 dendis tempeſtiue faciẽdum eſt, tum maxime in rhetoricis. Id̄  
 uero ut qui ſapiunt non ſtatim e quouis bibũt fonte, propterea  
 quod alij ſalutem afferant, alij perniciem, nonnulli furorem  
 ita non eſt tutum, ſine delectu quoslibet autores enarrare, aut  
 quamuis diſcendi artem inculcare, quod ex alijs iuuentus hæ-  
 rit affectum animi bonũ, cognitionẽq; ueræ rhetorice, ex alijs  
 ſuperbiam imperitiã & imperitiã ſuperbiã, ex alijs uero cæ-  
 cam dementiam & dementẽ cæcitatem, ex alijs aut mentẽ do-

*Strina insana, hoc est Lutherana, conspurcatam trahat imbi-  
batq;. Id ne qua fieret apud religiosum Holladiæ Aemstelreda-  
mum nostrum, nihil prius habuimus q̄ ut Cornelium Crocum  
& mire laboriosum huius hypodidasculum dominū Nicolaum  
Cannium subinde cohortaremur, imo qua sumus erga tantos  
amicos libertate, addam & auctoritate, urgeremus, quo gratis  
aut propemodum gratis, ut porro hactenus pro sua uterq; uirū  
li tam diu factitarunt, putem Aemstelredamorum pergerent  
syncere planeq; Christiane docere, si non alio, hoc certe nomi-  
ne, ne eam nobis iuuentutē à sciolis aliquot inter indoctos arro-  
gantissimis, inter arrogantes indoctissimis, & inter utrosque  
impudentissimis, sustinerēt barbarie offuscari, nouisq; dogma-  
tis uitiari. Adhuc aliquādiu Coloniae comorabor, haud scio an  
totam hyemem exacturus. Interim si Iacobus ille noster Diuor-  
tius, de quo dubites candidior ne sit an eloquentior, me absente  
duxerit uixerem (mibi enim hoc semper præ sagit animus, eum  
quiduis potius commissurū, q̄ ut patiat progenie suā p se ad pau-  
cos recidere, quin potius sedulo accuraturū, ut eius incremento  
atq; dignitati fautor adiutorq; sit) id peruelim nobis tempesti-  
ue renūties, quo tā auspiciatas Diuortij nuptias qualiquali de-  
nobilinemus ep̄ halamio. Tantæ enim mihi cum Iacobo causæ  
necessitudinis intercessere, ut nihil possit esse coniunctius q̄ in-  
ter nos fuit. Sic ille mihi quondā Louanij unice charus dome-  
sticus alumnus, ut hoc negare illi ne si uelim quidē possim. Ne-  
scio quid in illo potissimum laudem, amorem ne quo me semper  
prosequutus est ut patrem, an pudorem, quo me reueritus est ut  
preceptorem. Iacobū Meystrum, utriusq; iuris consultissimū,  
singulare pauperū patronū, cognatū tuum charissimum, cuius  
tāta in me sunt beneficia, ut ex æquo nunq̄ secū paria facere,  
ut maxime uellē, liceat, meo noīe plurimū salutabis. Vale. Co-  
loniæ. Natali undecim milium uirginum. 1531.*

**ALARDVS AEMSTELREDAMVS SI-  
brando Pampeto Occoni, S. D. P.**

*Que*

29

**Q**uerenti mihi, multūq; et diu cogitanti charissime Si-  
brande, quānā re studijs tuis possem prodesse q̄ plurimū,  
nulla certior occurrebat *μσδοδινῷ*, q̄ si absolutissime  
ma Aphthonij progymnasmata p̄ Rodolp. Agricola Phrisiū la-  
tinitate donata, cōpendiarijsq; nostris comentarijs illustrata,  
ante annos cōplureis a patre tuo charissimo, uiro in omni gene-  
re officiorū diligentissimo, usuraria accepta nō sine fœnore ad  
te tandē munerī transmitterem. Quod enim munus tibi (cuius  
prima statim ætas manifestū uer ad eloquentiæ lumē ostēdit)  
afferre maius melius ue possimus, q̄ si eum exhibeamus libellū,  
unde uelut uno fasce cōplexa, sc̄iōq; cōpendio perstricta, præ-  
cipua dicēdi præexercitiā mēta, breui, idq; nullo negotio poteris  
perdiscere, his præsertim tēporibus, quibus ita ea piassa sunt,  
ut oībus oīm opibus adiūtāda sint. Nunc enī ut honores, ut oīs  
dignitatis gradus, sic & harū quoq; exercitiōnū splendor &  
usus antiquatus ē. Aut hæc porro uia cōpendiaria est, aut nul-  
la oīno per quā assequare, ut exercitiōibus hisce quasi gradū  
quendā adiuūq; facias ad rhetoricen pariter & Inuentionē di-  
lecticā. Oīa summa mihi de te adolescēte summa prædico in-  
dole promitto. Illud totis uiribus admitto, ut parentū expecta-  
tioni facias satis, facies aut, si te nō temere (ut fere fit) præci-  
pites in matrimoniū, uerū p̄gas in hæc rhetorices studia, i quī-  
bus es (ut esse debes) totus, annos adhuc aliquot p̄petuos incube-  
re. Talis tibi iam nūc datur occasio in celeberrimo apud Loua-  
niū collegio trilingui, qualis haud scio an unq̄ postea dabiur.  
Proinde uide ut ne cōmittas, cū oīa abūde satis suppetāt, tute  
tibi defuisse uideare. Et hac sane in parte fac tibi in exemplū  
proponas modis oībus imitandū Hermānum Haionē Phrisum  
Cæs. Cōs. ut iuriscōsultū summū, ita in nulla disciplina nō ex-  
quisite doctū exercitiūq; unice studijs fauētē tuis: qui nō pri-  
us duxit uxorē Annā sororē tuā germanā, adolescentulam ex  
equo lepidā atq; pudicā, q̄ nōdū annos natus duodetriginta uo-  
λοναυδ' uia absoluisset. matrimoniū enī legitimū etsi nō sit un-  
de dicat noxiū, uehemētē tamē hoīem studiosum reddit obno-

xii. Velim hoc existimes, castimoniã mihi istã tuã, non inferẽ  
prẽ literis, uehemẽter probari. Siquidẽ oim errorũ qui sunt in-  
nũerabiles, haud scio an ullus sit uulgatior aduõq; pniciosior, q̃  
illorũ sciorũ, qui hodieq; quocũq; in loco quoscũq; inter adole-  
scentulos rerũ imperitos et libere eductos uisum est, uirginia  
ẽi matrimoniũ soleãt antepone. Neq; credideri ullã nẽ pestẽ  
maiorẽ in unã hoim puasisse, q̃ eorũ qui hãc opinicnẽ ubiq; pu-  
blicũs crepãt, inculcãt, & ad nausẽã usq; deprãdicãt, eamq;  
cãtionẽ plusq; Sirenẽã extra edictos ois generũ etiã libellos, au-  
ribus adolefcẽtiũ nusquã nõ occinũt, hoc est, oleũ flãmẽ addũt.  
Reluctor, quoad possim, ne adolefcẽtes aliquot nostrates tue  
turba, studijs sese abdicẽt, ne ue lueras mercibus distrahendis  
temere cõmutet: sed adhuc pares nõ sumus. Adolefcẽtia enĩ ille  
ecbris semel delimita, oĩa alia prãterq; quã sunt lubrica, depre-  
cat atq; recusat. Merito igit oĩa tibi metuo, quã solet inconsul-  
tẽ accidere iuuetuti. prudẽter enĩ hoc (ut oĩa) d. Hieronymus:  
Lubrica, inq; etati oĩa etiã tuta timẽda sunt. Adhuc aliq̃diũ  
cõmorabor Colonia, haud scio an totã hyemẽ exacturus. Cu-  
pio equidẽ & iam pridẽ cupio æstate p̃xima Louanium com-  
migrare. Habeo mandatũ a patre tuo conueniẽdi te, tuĩq; stu-  
dijs p̃spiciẽdi. Profecto uã me Christus bene amet, ut nunquã  
quiescã neq; defatigabor, anteq; te rhetorica & utraq; linguã  
iuxta callere sensero. Proinde quiduis potius mihi cõmutendũ  
q̃ ut desim tã felici subactõq; ingenio, i quo diligẽter excolẽdo  
audio, & nõ sine ingẽti aniui lætitiã audio, Conra. Gocleniũ  
utriusq; linguã facile principẽ, necnõ & Rutgerũ Resciũ ui-  
rum Grãcũ plane, nec infacetũ, ex æquo suã utrũq; industriã  
huc destinaffe, ut id tibi sint qd̃ Achilli fuit Phoenix ille Home-  
ricus. Cur ad me tãdiũ nihil quicq; scripsisti, ex quo a nobis abi-  
uisti? Quo tanãẽ aĩo hoc mihi ferendũ putas? Velim domũ ad  
tuos scribas, ut mihi reuerso Aemstelredamũ, Rod. Agricolæ  
bibliotheca, apud patrẽ tuũ Aemstelredami recondita, pateat  
nõ secus ac si ipse adesset. Vale ac tibi mi Sibrande psuade, me  
dies & noctes nihil mediãri, q̃ ut et reliquã oẽs Rodolphi lu-  
cubra

32  
subrationes, ex autographis apud patrē tuum delinescētibus ac  
curatius recognita, q̄ ocyssime Iohannis Soteris pr. elo. commit  
tantur, Vale, Coloniae. Calendis Ianuarijs, 1532.

EPITAPHIVM IACOBI CERATI  
ni per Alardum Aemstelredamum.

Corpore seclussit quamuis mors inuida vitam,  
Viuū, & est uitæ mens bene gnara suæ.  
Sic licet ereptus subitō, tamen omnibus usq̄  
Viuū adhuc terris, viuū nemq̄; scholis.  
Non minus, atq̄; adeo plus q̄ cum uiueret olim,  
Nunc scriptis uiuū, spirat & eloquitur.  
Cui non ante oculos frugi, prudensq̄; sagaxq̄;  
Egregiusq̄; animi nunc Iacobus adeste  
Plurima cui Græcæ fuerat facundia linguæ;  
Nec minus Hebræa cultus in arte sacra.  
Vt licet imbibitam à pueris mutare saluam  
Legitimo docuit Græca sonare sono.  
Nemo rudimenta Græcæ perdiscere linguæ  
Incipiet, qui non hoc duce carpet iter.  
Qui sibi non Græcum proponet Lexicon auctum;  
Augendo primam cui tulit ille manum.  
Cui non ingenue perspecta modestia mentis,  
Quas tua non penetrat uox Iacobe scholase  
Louanium, Basilea, Lutetia sæpe subactō  
Obstupefacta tuo conticet ingenio.  
Cui non grata fuit semper probitasq̄; fidesq̄;  
Raraq̄; sinceri pectoris integritas.  
Cui non dulcis erat, cui non & amabilis ille  
Cygneus ueræ candor amicitia?  
Cui non ante oculos etiam uersatur & astat  
Virgineus roseo qui nitet ore pudore  
Te decor ipse mouet uirtutis, præmia quamuis  
Decessent, & gratis non pudet esse probum.

FINIS.

Στήτε ἐν ταῖς ὁδοῖς, κ, ἴδτε, κ, ἐρωτήσατε τὸ βουν κυρίου αἰ-  
 ωνίου, κ, ἴδτε τρεῖς ἐν ἡδὺς ἢ ἀγαθῇ, κ, Βαδίζετε ἐν  
 αὐτῇ, κ, ἐνρήσατε ἀγνισμὸν ταῖς ψυχαῖς υἱῶν.

na, & amulatē ea, & inuenietis refrigerium animabus uestris Hierm. 6.



Stare super uias & uidete & interrogate de seminis antiquis, que sit uia ho-

Alardus Amstelredanus. 1532.

Ταῦτ' ἔχω ὄσ' ἔμαθον καὶ ἐφρόντισα, κ, μετὰ ΧΡΙΣΤΟΥ  
 Τίρην' ἔδοκην. λίπω τὰλλα δὲ πάντα τύχη.  
 Πάταξον ἄλλ, ἀκροῦθι, id est, Cede, sed audi.

+

A 975308

ocn 66882441



